In ōni tempe debꝫ pater filiū inſtruē bona agere. nam thobias docuit filium ſuū ab infancia Thob. ꝑ. et poſtea in iuuētute Thob. iiij. poſtea in morte Thob. xiiij. Parētes multū debēt inſtruere filias qn̄ matrimonio copulanᷣ. Sic pentes ſare monuerūt eā honorare ſocerū. diligere maritū. gubernare domū. ꝛ regere familiam ꝛ ſeipſā irrepꝛhenſibilem exhibē Thob. x. Quia pentes ſuſane iuſti erant Jdo inſtruxerunt filiam ſuā iuxta legem moyſi que poſtea noluit adulterio cōſentire Dan̄. xiij. Mathathias inſtruxit filios ſuos dans eis vnū in ducē ꝛ alium in conſiliatorem omnibꝰ nobilibus in exemplū. ꝑ. mach. ij.

¶ De fortitudine bona.

¶ Fortes ꝛ ſtrennui debent eſſe.
- Viri potētes ad ſuccurrēdum.
- Pure viuentes ad aſſerēdum.
- Guerras agētes ad fugiendum
- Bella regentes ad acuendum.
- Preuemētes ad inuadendum.
- Se munientes ad reſiſtenduꝫ.
- Pacientes ad ſuſtinendum.

FOrtes debēt eſſe viri potentes ad ſuccurrēduꝫ ꝛ adiuuandum in prelijs ꝛ piculis ſuccurrētes. ꝑſertim contra hereticos ꝛ malos ꝛ puerſos homines. Talis fuit fortitudo abrahe Qui audiens captum eſſe loth. aſſumptis tricentis et decem ꝛ octo vernaculis ſuccurrit ei ꝛ liberauit eum ꝛ reduxit cū cū tota ſua ſubſtancia Gen̄. xiiij. Saul fortiter ſuccurrit viris iabes galaad ꝛ obſeſſis a naab ꝛ liberauit eos. ꝑ. Re. xi. Joiada ſtrēnue ſuccurrit regi ioas puulo eiecto de regno p athaliā ponens eum erga regem. iiij. Regum. xi. et. ij. Paralip. xxiiij.
¶ Fortem ſtrēnuum ꝛ audacem reddit hominē puritas conſciēcie ꝛ ad dicendum ꝛ agendum ſecure. Sic iacob timens iurgium ait. Quā ob culpam ꝛ ob quod peccatum ſic exarſiſti me. Geneſ. xxxi. Per puritatem iacob cui femur emarcuit luctans cum angelo dixit angelꝰ ei. Si contra deum fortis fuiſti quāto magis contra homines preualebꝭ Gen̄. tricesimo ſecūdo. Moyſas purus audacter ꝛ conſtanter ſtetit coram pharaone arguēſ eum Exodi quinto. ꝛ pluribꝰ ſequētibus. Judith q̄ꝛ puram ꝛ

dam intentionem habuit· contra holofernem ſtrennuitatem
exercuit· Judith xiij· ¶ Fortes ſūt bellatores in p̄liis viriliter
et ſtrennue p̄liantes et maxime iuſtum bellum· Sic phinees
viriliter occidit zambri luxuriantē cū ſcorto madianitarū ꝫ tranſ
fodiēs ambos cū pugione i locis genitalibꝫ· Nū xxxi· Caleph
dixit· Hodie octogintaquinqꝫ ānorum ſum ſic valēs vt eo va
lebam tempe quo miſſus ſum ad explorandū· illius in me tem
poris fortitudo perſeuerat vſqꝫ hodie tam ad bellandū q̄ adag
grediendum· Joſue xiiij· Gedeon fortiſſimus in trecentis viris
magnum populum ſuperauit· dixerat em̄ ei prius angelus domi
nus tecum virorum fortiſſime· Judicū· vi· Vnus formidoloſus
diſſipat totum exercitum· ideo dixit gedeon· Qui formidoloſus
eſt et pauidus reuertatur· Judicū vij· Sampſō multa fortitudine percuſſit
philiſteos· Judicum xv ꝛ xvi David fortiter ſuperauit leonem
et vrſum ꝛ goliam· p̄ Re· xvij· Fortiter licet diſperate preliati
ſunt duodecim pueri ex p̄te iſboſeth et duodecī ex parte david
ij· Regū ij· Viriliter percuſſit iehu duos reges ꝛ iezabel ꝛ ꝓphe
tas baal· iiij Re· ix ꝛ x· ¶ Fortem reddunt exercitū confortatio
nes principum et ducum· Jdeo caleph et ioſue viriliter cōforta
uerunt populum dicētes· Aſcendamꝰ ꝛ poſſideamꝰ terram· Nū
xiij· Moyſes dixit ad ioſue· Cōfortare ꝛ eſto robuſtus tu enim
introduces populum· Deute· xxxi Pergens ioſue ad belli in cō
tra plures reges ipſe primꝰ aſcendit quaſi alios ſequentes cō
fortans· Joſue viij· Captis quinqꝫ regibꝰ dixit ioſue princi̇pi
bus· ponite pedes ſup colla regū et nolite timē· Joſue x Aod
p̄nceps confortauit populum dicens· ſequimini me tradidit do
minus inimicos noſtros in manibꝰ noſtris· Judicū iij· Judas
machabeus hortabatur milites ſuos dicens· ne timueritis· p̄mo
Mach iiij· ¶ Fortis ꝛ audax debet eſſe vir bellator ad preue
niendum· Nā ſcd̄m tullium· Melius eſt preuenire q̄ preueniri
et magnam habet p̄rogatiuam q̄ poteſt dare primum ictum·
Sic ſuperauit dd̄ cū vno milite deſcēdens in caſtra ſaul ꝛ abſtu
lit ſceptrū et ciphū ꝛ haſtā eius· p̄ Re· xxvi· Jonathas cū ſuo
armigero introiuit in ſtationē philiſtinorū ꝛ p eos filij iſrl' vi
ctoriā hūerūt· p̄ Re· xiiij· De viris audacibꝫ legit· ij Re· xxiij·
¶ Fortis ꝛ ſtrennuꝰ eſt q̄ ſtrennue et valēter reſiſtit licꝫ aliqn̄
preueniatur· Jdeo filij iſrahel armati receſſerūt de terra egipti

vt ſe ab inſeqñtibus tuerētur Exo·xiiij· Filij iſrł vna manu edi
ficabant ⁊ vna manu tenebant gladiū vt ſe ab inimicis tuerē
tur· Nee·iiij· Audiētes filij iſrł potēciaȝ holofernis virlit̄ pa
uerūt ſe ad reſiſtendū Judic·iiij· Magnā fortitudinē habuit
mathatias ad reſiſtendū hoſtibꝰ iudeoꝝ·ꝓ·mach·ij· ¶ Forti
tudo ꝑfectiſſima ⁊ toleracia aduerſoꝝ Talis fuit fortitudo triū
pueroꝝ miſſoꝝ in caminū ignis dicenciū· Ecce eni deus noſter
quē colimꝰ poteſt nos eripe de camino ignis ardentis ⁊ de mai
bus tuis rex liberare Dan·iij· Job fortiter ſuſtinuit picula reꝝ
multaꝝ oblacionē filioꝝ occaſioneȝ ⁊ ꝓprij corpis leſionē Job
ꝓ· Et eleaſarꝰ ⁊ illi ſeptem frēs cū matre eoꝝ penas virlit̄ ſuſti
nuerūt·ij·mach·vi·⁊·vij· Stephanꝰ plenus grā ⁊ fortitudīe
virliter ſuſtinuit lapides Actu·vij·

## ¶ De fortitudine mulieꝝ·

Fortes fuit muliēs aliqñ·
- Ad viroꝝ liberacōem·
- Ad aduerſoꝝ toleracōem·
- Ad amoris demonſtracōem·

FOrtes inuente ſunt mulieres ad ſaluandum viros in
ſacra ſcriptura ⁊ aliqñ picults ſe exponentes· Nā del
bora ſic ſua fortitudine populū liberauit cū iudicaret iſrł qꝛ ba
rath noluit ire in ꝑlium nec ducere exercitū niſi ipſa ſecum tran
ſiret· que reſpōdit Ibo quidē tecum Judicū·iiij· Virliter libe
rauit abigail virum ſuum a morte·ꝓ·Re·xxv· Magno piculo
expoſuit ſe heſter vt populū liberaret a lata ſentēcia Heſter·vi
⁊·x· Judith fuit in magnis piculis dum holofernē occiderē vt
populū liberaret Judith·xiij· ¶ Fortes fuit mulieres ad ſuſti
nendū aduerſa· ſic ruth tpe noctis manſit i agro ꝓiciēs ſe ad
pedes boos Ruth·iij· Sara filia raguelis multa ſuſtinuit adū
ſa in occaſione ſeptem virorum Thob·iij· Mater ſeptē macha
beoꝝ valde fortis fuit ſuſtinēdo aduerſa· Suſtinuit eni dupli
cia tormenta in filijs ⁊ in ſeipſa·ij·mach·vij· Maria mater cri
ſti in paſſione dilectiſſimi filij ſui fuit fortiſſima· qꝛ ſtans iuxta
crucem gladius paſſionis cor ipſiꝰ ꝑtranſiebat· iuxta vaticini
um ſymeonis Johānis decimonono· De vaticinio ſymeōis Lu
ce·ij· ¶ Fortē fecit ⁊ audacē mulierē amor inflāmans ita vt ca
lefacto igne amoīs nec paueat quid occurrat ⁊ inde inuēte ſūt
mulieres que ardore filioꝝ ſuccenſe leonibꝰ q̄ filios rapuerunt

vt filios liberarent occurriſſe leguntur. Sic magna fuit fortitudo
magdalene ⁊ audacia q̄ amore xp̄i accēſa in paſſiōe affuit iude
os armatos non expauit ⁊ crudeliſſiōs. toties ad ſepulchrum
cuſtodib⁹ vallatū venit. diſcipul' recedētibus nō recedebat. Que
eciam audacter dicebat demōſtrādo amorē. Dn̄e ſi tu ſuſtuliſti
eū dicito michi vbi poſuiſti eū ⁊ ego eū tollā. Jo. xx.

¶ De fortitudine mala.

¶ Fortes ſūt hoīes mali.
- Ad offendēdā innocēciam.
- Ad inferendā violēciam.
- Ad poſtponendā reuerēciam.

FOrtes ſunt hoīes mali ad nocendū innocētibus ⁊ vt
eis anteq̄ȝ noceāt multis ſe piculis exponūt. poſtea fi
ne peſſimo terminant. Sic fortis fuit cayn qui inſurrexit in frēm
innocētem ⁊ eum occidit. ſȝ ipſe ſimiliter poſtea fuit occiſus Ge
neſ. iiij. Abimelech multū laborauit occidēdo ſeptuaginta fra
tres ſuos innocētes. ſȝ ipſe eciā periit mala morte Judic. ix. Mul
tis piculis ⁊ laborib⁹ expoſuit ſe ſaul pſequēdo dauid. ſed neq̄
ciam animi ſui non pfecit. i. Re. xxiiij. ⁊ aliquib⁹ p̄cedentib⁹ et
ſequentib⁹. Abſalon volens patrem a regno compellere non
nocētem ſȝ bn̄factorem ſibi. multos labores ſuſtinuit ⁊ piculis
multis ſe expoſuit ⁊ tandem male finiuit. ij. Regū. decimoquin
to. xvi. ⁊. xvij. Multum laborauit herodes xp̄m innocentem vo
lens interficere. ⁊ ob hoc occidit pueros innocentes Math. ſe
cūdo. Plures q̄ȝ quadraginta viri ſe nō vouerūt comedere neqȝ
bibere donec occideret paulū Actu. xxiij. ¶ Fortes ſunt mali
ad mouendas guerras ⁊ bella ſe multis piculis exponētes. nā
multū laborauerūt illi quatuor reges qui poſt magnā ſtragem
hominū debellauerunt regem ʒodomorum ⁊ loth in captiuitatē
duxerunt. Geneſis. xix. Terras multas perambulauit holofer
nes ⁊ deuaſtauit eas multa bella pcurrens ⁊ mouens. tn̄ vna
mulier decapitauit eum anteq̄ȝ cōpleret deſiderium ſuum malū
Judith p totū ¶ Fortes ſunt mali homines volētes ſe contra
deū erigere ⁊ opa diuina minuere Ideo iherob oam multū labo
rauit vt poſſz populū a domino dauid ⁊ a cultura dei facere deui
are. iij. Re. xij. ⁊. xiij. Anthiochus multum laborē ſuſtinuit vt
cultū dei deſtrueret in iudea ⁊ tandē depauperatus ⁊ cōfuſus
in aliena terra miſerabiliter eſt defunct⁹. ij. Macha. ix. Non

ſolum prudētes vt dicit Lu. xvi. ſed eciā ferueciores ⁊ promp cio
res ſunt filij ſeculi huiꝰ filijs lucis ⁊ forciores in laborādo ſūt ad
ꝯplenda mala cōcepta. Nā diſcipulꝭ dormiētibꝰ iudas tractās
ꝓdicionem xp̄i ſollicite vigilauit Math. xxvi. Principes ſacer
dotū multa ſollicitudine fatigati ſunt vt nomē xp̄i poſſent exti
guere. Nam cuſtodes ſepulchri pecunia cōduxerunt vt mēdaci
ter dicerent eſſe furatū corpꝰ ihū. Math. xxviij. Itē pricipes ſa
cerdotū diſcipulos ihū incarcerauerūt p̄cipiētes ne in nomine
ihū loquerētur Actu. iiij.

## ¶ De gracijs agendis.

¶ Gracie reddende deo ſunt pro.
- Bn̄ficiorꝫ recepcōe gratifica.
- Periculorꝫ euaſione mirifica.
- Inimicorꝫ eiectōe magnifica.
- Filiorꝫ adepcōe carifica.
- Infirmorꝫ ſanacōe deifica.
- Ciborꝫ aſſumpcōe pacifica.

Gracie agende ⁊ reddēde ſūt deo ꝓ multitudine bn̄fici
orum que a deo recepimꝰ. Vn̄ iacob poſt multa benefi
cia que a dn̄o abundant' receperat ditatus liberis ⁊ ōnibꝰ bonis
gracias agebat dn̄o dicens. Memor ſum cunctis miſeracōibꝰ
tuis Gen̄. xxxij. Audiens dauid factā ſibi graciā. ⁊ multa bn̄
ficia ſibi a deo p̄miſſa ꝑ nathan ꝓphetā gracias humilit' egit
ij. Re. vij. Daniel de multis bn̄ficijs a deo ſuſceptis grās egit
deo dicens. Sit nomē dn̄i benedictū Dan̄. ij. Paulꝰ grās age
bat deo ꝓ beneficijs a dn̄o ſibi collatis dicēs. Grās ago dn̄o meo
j. Cor. j. Itē gracias agebat ꝓ bn̄ficijs fratribus collatis et
omnes homines ad exhibēdas gracias inducebat dicēs Sem
per gaudete. ſine intermiſſione orate. in ōnibꝰ grās agite Rō.
j. Ephe. v. Theſſ. v. ¶ Gracie reddēde ſunt deo ſingulariter
ꝓ liberacōne ⁊ euaſione periculorꝫ ⁊ tribulacōnū. Vn̄ voluit do
minꝰ vt liberacio filiorꝫ iſrl' de ſeruitute pharaonis nunꝗ rece
deret ab eorꝫ memoria dicēs. Erit quaſi ſignū in manu tua Ex
odi. xiij. Poſtꝗ filij iſrl' liberati ſunt tranſito mari rubro. grās
egerunt ⁊ dixerunt. Cantemꝰ dn̄o glorioſe Exo. xv. Tres pueri
grās dabant deo liberati de camino ignis Dan̄. iij. Scripſerāt
iudei ⁊ populꝰ ariſtobolo grācias agētes dn̄o qꝫ de magnis piculꝭ

liberati ſunt. ij. machꝫ. p̄. ¶ Gracie reddēde ſunt deo ꝓ triūphiſ
⁊ victorijs inimicoꝝ que diuina bonitate obtinuerūt. Jdeo pt⁹
mirabilē victoriā moabitaꝝ filij iſrl̄ obtulerūt ꝓ victoria ha
bita dona ⁊ munera ꝑ que ſibi grās referebat. Nūeri. xxxi. Simi
ter poſt victoriā de zizara barath ⁊ delbora cecinerūt dn̄o. Judi
cū. iiij. Habita victoria ⁊ mundato templo ꝑ iudā machabe
um bn̄dixerunt in celum. p̄. Macha. iiij. Victo ⁊ debellato thi
motheo ꝑ iudam in ymnis ⁊ cōfeſſionib⁹ bn̄dicebant deū. ij.
mach. x. ¶ Grē referēde ſunt deo ꝓ impetracōe ſiue recepcōne
filiorū bonoruꝫ. ſic laudauit dn̄m anna ꝓ filio ſuo quē accepit
ſcꝫ ſamuelē ⁊ ꝓ ablato ſibi ſterilitatis obprobrio. p̄. Re. ij. Pro
ſalomone dicitur. Bn̄dictus de⁹ qui dedit dauid filiū ſapientiſ
ſimum. iij. Re. v. Poſt cōcepcōem filij dei in ſe beata virgo lau
dauit dn̄m dicens. Magnificat anima mea dn̄m. Et exultauit
ſp̄us me⁹. Luc̄. p̄. Nota de iohe baptiſta. zacharias laudauit
dn̄m dicēs. Benedict⁹ dn̄s deus iſrl̄. Lu. p̄. ¶ Gracias agēde
bꝫ homo ꝓ ſanitate a deo recepta vel in ſe vel in altero. Nam cū
thobias recupaſſꝫ viſum. ipſe ⁊ vxor eius ⁊ nati glorificabant
deum. Thobie. xi. Turbe videntes paliticum a domino curatuꝫ
glorificabant deum qui dedit poteſtatem talem hominib⁹. ma
thei nono. Poſt vitam ⁊ ſanitatē adoleſcente traditam. accepit
omnes timor ⁊ glorificabant deum. Luc̄. vij. Vnus de decem le
proſis curatis a domino. reuerſus eſt ⁊ voce magna glorifica
bat deum. Lu. xvij. Claud⁹ ſanatus a petro ſurrexit ambulanſ
⁊ exiliens ac laudās deum. Actu. iij. ¶ Gracias referre debēt
deo homines ꝓ victualibus que eis deus conceſſit ad ſuſtentan
dum vitam corꝑalem pacifice. ſicut faciunt omnes religioſi et
hoc exemplo criſti ⁊ omniū apoſtoloꝝ. vnde eciam graciarum
actio ad plus dandum eſt inuitacio. Et gregori⁹. Non eſt dig
n⁹ de dandis qui non agit deo gracias de datis. Debem⁹ eciaꝫ
deum laudare ante ſumpcōem cibi qui dat eſcam omni carni ⁊
aperiens manū ſuam ⁊ implens omne animal benedictōne. ſic
fecit xp̄us ante multiplicacōem panum quādo voluit turbam
paſcere in deſerto qꝛ ſuſpexit in celū gracias agens. Math. xi
ij. Poſt cenam eciam debem⁹ deum laudare ⁊ gracias agē qui
nos ſaciauit ⁊ pauit. exemplo xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ qui poſt cenā di
xerunt ymnū anteq̄ꝫ exirent in montem oliuarū. Mathei. xxvi.

In ꝑparacōne ſpiritualis ꝛ angelici cibi ſcʒ eucariſtie ꝛ in eius ꝯſecracōe ꝛ cōmunicacōe agende ſunt do magne gracie exéplo xp̄i qui accepit panem in ſanctas ꝛ venerabiles manus ſuas gr̄cias agens benedixit. Math. xxvi.

¶ De gratitudine ſeruāda.

¶ Gratus debʒ eſſe homo
- Virtuoſe liberātibus.
- Virtuoſe laborātibus.
- Oppoſe dona dantib⁹.
- Generoſe declarantib⁹.
- Amicantibus gracioſe.

GRatus debʒ eſſe homo ei qui eū de aliquo piculo liberauit. ſic gratus fuit abrahe rex ſodomorū qui liberauit eum ꝛ populū ſuum de preda q̄tuor regum offerens ei oīa ſpolia. ſed ille ſicut liberalis iurauit nec voluit recipere Gen̄. xiiij. Quia moyſes liberauit filios ietro de manu paſtoꝝ Jetro ſacdos gratus fuit deo ꝛ moyſi dicens Bn̄dictus dn̄s deus meus qui nos liberauit de manu egipti dādo ei filiam in vxorē Exo. ij ꝛ .xviij. Bn̄ remunerauit ioſue raab que liberauit exploratores ab hoſtib⁹ Joſue. vi. Cum gedeon liberaſſʒ populū gratus ei popul⁹ dicebat. dn̄are tu nobis ꝛ eſto pn̄ceps noſter Judic viij. Thobias gratus fuit raphaeli quē hominē credebat q̄ euʒ liberauit a deuoracōe piſcis. vxorē eius a demonio. prēm eius a cecitate offerens ei multa dona Thob. xij. Naaman liberatus a lepra multa dona obtulit heliſeo. licʒ ipſe rēnueret. iiij. Re. v.

¶ Gratus debʒ eſſe homo laborāti ac fatigato in eius ſeruicio ei tribuendo vt decʒ. Jdo abraham oblata a rege ſodomorū licet p ſe tanq̄ liberalis reſpuerʒ predā quā tulerat. voluit tamē vt ſocij ptē pͦde haberēt qui ſecum pro eo fatigati fuerāt Gen̄. xiiij Dixit laban ad iacob Nū qꝛ frater meus es ſeruies michi gratis? quaſi dicerʒ nolo eſſe ingratus ido tibi dabo mercedē Gen̄. xxix. Regraciatus eſt dauid ſeruis ꝛ viris iabes qui laborauerīt ad ſepeliendū ſaul. ij. Re. ij. Helias aſſumend⁹ in celum remunerauit heliſeū qui ei ſeruieāt. iiij. Re. ij. ¶ Gratus debʒ eſſe homo illis a quib⁹ recepit dona vel bona quib⁹ ſemp obligatus eſt ſi non retribuit Jdo laban videns totalia que ſeru⁹ abrahe dedit rebecce ſorori ſue dixit ei Jngredere bn̄dicte dn̄i. cur foris ſtas? Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis Geneſ. xxiiij.

Quia regina ſaba multa dederat ſalomoni· rex ſalomō dedeāt ei omnia que voluit ⁊ petiuit· iij· Re· x· Helias ꝓpter bñficia rece pta a vidua ſareptena colligens ligna que dedit ei panē multi plicauit farinā ⁊ oleum· iij· Re· xvij· Suſcitauit eciā filiū eiuſdē iij· Re· xvij· Heliſe⁹ bene remunerauit mulierē ſunamitē apud quā manere ↄſueuerat impetrās ei filiū ⁊ mortuū ſuſcitans· iiij· Re· iiij Plene cognoſcebat paul⁹ collata bñficia dicēs· ſicut an gelū dei recepiſtis me Gal· iiij· ¶ Grati debēt eſſe homines mł tū inſtructorib⁹ ⁊ doctorib⁹· q̄ꝛ vt ait cōmentator· pñbus ⁊ do ctoribus non poſſum⁹ reddere equalens vel eſſe nimis grati· ſic pharao multū fuit gratus ioſeph qui eū viſionē ⁊ interp̄tacio nē docuit ⁊ in agēdis cōſuluit quē pharao magnifice ſublima uit Geñ· xli· Balthaſar rex retribuit danieli magna donā ⁊ ho nores ꝑ reductōe ⁊ interp̄tacōe ſomnij ⁊ viſionū Dañ· v· Jdo q̄ꝛ Cineus amicus fuerat ⁊ bene ſe habuit de filijs iſrł pepꝑcit ei ſaul· p̄· Re· xv· ¶ Gratus deb3 eſſe homo amicis antiquis ⁊ he rebus eorum Jdo dauid dixit ad abyathar cuius pater achi melech mortuus fuerat· Mane mecum non timeas qui queſie rit animam tuam queret ⁊ meam· p̄mo Regū· xxij· Retribuit dauid myphiboſeth pro gracia ⁊ amicicia pr̄is ionathe· ſecun do Regum nono·

¶ De gula ⁊ ebrietate·

¶ Gule viciū ſolet·
- Sēs viris inducere tēptacōes·
- Vētris inducere pollucōes·
- Mentis ↄducere cecacōes·:
- Juris deducere ſubuerſiōes·
- Cordis ꝑducere induracōes·:
- Neċis ꝑducere ocāſiones·

GVle vicium in temptacōe obtinet primū locum· Naꝫ q̄ꝛ comedere ⁊ bibere de neceſſitate eſt nature· dyabol⁹ ibi laqueū temptacōnis abſcondit vbi neceſſitatem eſſe oñdit Sic enim p̄mo de vicio gule p̄inum hominē in paradiſo tem ptauit ꝑmo ⁊ vicit Geneſ· iij· Jtem prima temptacio filioꝝ iſrahel fuit de potu· ſecunda de cibo· Exo· xv· ⁊ xvi· Volens dia bolus dominū experiri ipſum p̄mo de gula q̄ꝫ de alio vicio temp tare preſūpſit Math· iiij· ¶ Gule vicium intendit ⁊ nutrit lu xuriam Jdo q̄ꝛ ſꝫm Jheronimū· venter ⁊ genitalia ſūt ꝓpinqua

Jheroꝰ. Venter mero eſtuans de facili ſpumat in libidinem.
hinc eſt ꝙ loth in ſodomis fuit bonus. inebriatus cum ꝓprijs
filiabus peccauit ⁊ duplicē inceſtum ↄmiſit Gen̄. xix. In cuius
figura dictum eſt ꝙ domo habēs ſpm̄ immundū .i. luxuriā ha
bitat ſepulchris .i. in hominibꝰ guloſis Luce. viij. Juxta illud
pſal. Sepulchꝝ patens eſt guttur eorū. Et demones expulſi
pcierūt intrare in porcos .i. temptatoꝛ luxurie in guloſos Mat
viij. Mar. v. Lu. viij. ¶ Gule viciū hominē infatuat ⁊ demētat
ita vt ſeipſum ⁊ quid facere debeat non cognoſcat. Nam noe q̄
erat vir pfectus inebriatus ſic demētatus fuit vt ſine ōni vere
cundia denudatus iacerꝫ Gen̄. ix. Satis ſtultus eſau factꝰ eſt
qui ꝓpter lentis edulium vendidit p̄mogenita frī ſuo Gen̄. vi
ceſimoquīto. In queſtiōe triū ſapientū de fortitudine dixit vnꝰ
Vinū p̄ualet ōnibus qui bibunt illud. ſeducit mentē ⁊ mutat
ſapientē in ſtultū. iij. Eſdre. iij. In yſaia dicit̄ ſacerdotes ⁊ ꝓphe
te neſcierunt p̄ ebrietate. abſorpti ſūt a vino. yſa. xxviij. ¶ Gu
le vicium deordinat hominē in omnibꝰ ſcꝫ in ludis. verbis. acti
bꝰ ⁊ oībꝰ opibꝰ malis Jdō ſedit populꝰ manducare et bibē ⁊
ſurrexit ludere .i. adorauerat vitulū Exo. xxxij. In epulis ſūt ho
mines loquacōres ⁊ inordinate auditores Jdō ſichimite inter
epulas ⁊ pocula maledicebant abimelech Judicū. ix. De inor
dinato populo dicit̄ Comederūt ⁊ ſaturati ſunt ⁊ impinguati
⁊ ꝓuocauerunt te ad iracundiā ſcꝫ p ordinacōes ſuas Nee. ix.:
De inordinacōe guloſoꝝ dicit̄. vocauit dn̄s deus exercitum in
die illa ad fletum ⁊ ad planctū ad caluiciū ⁊ ad cingulum ſacci
Ecce eoꝝ gaudium ⁊ leticia. occidere vitulos ⁊ iugulare arietes
comedere carnes ⁊ bibere vinū. comedamꝰ ⁊ bibamus cras eni
moriemur yſa. xxij. Propter inordinacōem filioꝝ ſuorum in cō
meſſacōnibus ⁊ in epulis iob quotidie offerebat holocauſta.
Job. p̄. Propt̄ inordinata verba in epulꝭ dcā diues epulo cruci
abatur in lingua Lu. xvi. ¶ Gule viciū ⁊ ſi deteſtabile eſt i oī
bus hominibꝰ In clericis tamē ⁊ religioſis eſt magis deteſtan
dum. idō dixit dn̄s ad aaron. vinum ⁊ omne qd̄ inebriare po
teſt nō bibetis tu ⁊ filij tui qn̄ intrabitis tabernaculū teſtimo
nij ne moriamini Leui. x. Itē idem dicit̄ de religioſis ⁊ clericis
vt a vino ⁊ ōni qd̄ inebriari poteſt abſtineant. Acetū ex vino
⁊ ex qualibꝫ alia pocione ⁊ quicq̄d de vite exprimitur n̄ bibāt

Numeri·vi· De gule vicio arguuntur filij heli ſacerdotis q̄ in ta bernaculo ſeruiebant nolebant accipe carnes coctas in ſacrifi cijs ſ; crudas vt lauci9 ſue cupiditati preparent·p̄·Reg̃·ij·Jo baptiſta qui fuit p̄mus colens heremū religioſā vitam incho ans bibebat aquā ⁊ cibus eius erāt locuſte ⁊ mel ſilueſtre Ma th·iij·Religioſi qui habēt circa diuina officia ⁊ obſequia ſedu le miniſtrare ⁊ deſeruire nō nimiū guloſitati deſeruiant ne ⁊ ipſ ⁊ xp̄i diſcipulis contingat q̊ ꝗ poſt cenā oculi ſic erāt grauati a ſomno vt non poſſent cū dn̄o vna hora vigilare Math·xxvi·

¶ Gule vicium multociēs eſt cauſa ⁊ occaſio mortis Nā iuxta ſentenciā ſapientis p crapulam multi pierunt vnde philiſteis epulantib9 ⁊ letātibus cecidit ſup eos dom9 Judic·xvi·Amō in cōuiuio temulentus·fuit ab abſalone ⁊ a ſeruis eius occiſus ij·re·xiij·Comedit ionathas modicū mellis cōtra p̄ceptum pa tris ⁊ cōdemnatus fuit ad mortē ſed populus ipſū liberauit·: p̄·regū·xiiij·Benedab rex ſyrie cum temulentus fact9 fuiſſ; p principes puinciaꝝ iſrl̄ magna pars exercitus eius interijt ip ſe quoq; in fugam verſus eſt·iij·regū·xx·Filijs iob veſcētibus ⁊ bibentib9 vinū domus cecidit ſup eos ⁊ oppreſſit eos Job·p̄· Propter ebrietatē holofernis iudith habuit oportunitatē ad eum occidēdum·Judith·xiij·Reuerſus eſt aman a conuiuio le tus ⁊ ſtatim fuit cū decē filijs ſuſpenſus Heſter·ix·Fecit ptho lomeus conuiuium ſymoni ⁊ eum cū duobus filijs interfecit p̄· machabeoꝝ·xv·In conuiuio natalis herodiſ fuit innocens ſā ctus iohannes baptiſta propter veritatē miſerrime decollat9 Math·xiiij·mar·vi·

¶ De homicidio ⁊ occaſione·

Homicidia procedunt·
- Ab inuidencium iniquitate·
- A defendenciū nobilitate·
- A ſupbienciū ſublimitate·
- A laſciuienciū carnalitate·:
- A decipienciū ſeueritate·
- Ex retinenciū equitate·
- Et delinquenciū poteſtate·

Homicidia procedunt aliquādo ex inuidia quando videt aliquis illū pſperari cui inuidet·occidit eum ne pſpe retur amplius·ſic caym motus inuidia fratrem ſuum occidit·

Geñ·iiij· Tanta erat affectio ſaul ad occidendū dauid ex inui
dia quā habebat ad eum quē ipſe nō valens occidere occidit
abimelech· q2 ɔfortauit dd' ⁊ occidit ſilr alios ſacerdotes cum
mulieribus ⁊ puulis eorūdem·p̄·Re·xxij· Iudei occidebant ihe
ſum ſolū moti inuidia· ſciebat eni̅ pylatus ꝙ ꝓpter inuidiam
tradidiſſent eum Mat·xxij·al's·xxvi· ¶ Homicidiū fit qn̄q3
ꝓpter defenſionē ſui vel alioꝝ· ſic occidit moyſes egiptum ca
lumniātem hebreū vt defenderet frēm ſuum· Exo·ij· Aliqn̄ occi
dit homo aliquē ꝓpter defenſionē patrie vel populi ſui Sic da
uid occidit golyam ꝑ defenſione populi iſrahelitici cui ille plu
rimū inſultabat·p̄·Re·xvij· Occidit abner aſahel pſequētez ſe
nec volentē a pſecucōe deſiſtere·ij·Re·ij· ¶ Homicidia aliqn̄
pcedunt ex ſupbia vel ambicione dominij· Sic abimelech oc
cidit ſeptuaginta frēs ſuos vt ipſe ſolus dominiū obtineret Iu
dicū·ix· Zambri occidit helam dominū ſuum temulētum vt re
gnaret poſt eum·iij·Re·xvi· Athalia tāta libidine dominādi
exarſit ꝙ omne ſemen regiū interfici iuſſit·iiij·Re·xi· Sellus
ɔiurauit cōtra zachariam dominū ſuum ⁊ interfecit eū vt regna
ret poſt eum·iiij·Regū·xv· Ptholome9 occidit alexandrū regē
vt regnum qd' deſiderauerat poſſideret·p̄·mach·xi· ¶ Homici
dia fiunt ſepe ꝓpter luxuriam ꝓpter quā tam in ſacra ſcriptura·
ꝙ̄ in antiquoꝝ geſtis multi leguntᵉ occiſi· Nam ꝓpter luxuriā
ſichem deflorans dynam filiā iacob·ipſe cū patre ⁊ populo ab
ipſis dyne frībus eſt occiſus Geñ·xxxiiij· Occaſione vxoris le
uite occiſa eſt magna multitudo Iudicū·xix·⁊·xx·al's·xxij· Da
uid vt liberius vacaret libidini cū barſabee·vriā fidelem mili
tem occidit·ij·Re·xi·al's·xiij· Amon ꝓpter luxuriā quā exercuit
in thamar ab abſalone in ɔuiuio eſt occiſus·ij·Re·xiij· Ado
nyas q2 abyſag ſunamitē peciit in vxorē fuit a ſalomōe fratre
eius iuſſus occidi·iij·Re·ij· ¶ Homicidia multa exercēt prodi
tores ⁊ proditorie ſicut ioab miſſis nuncijs vt abner rediret
pacifice ad dauid cū loqueretur ei percuſſit in inguie ⁊ occidit
eum·ij·Regū·iij· Item ioab tenens mentū amaſe ſalutās eū ⁊
quaſi deſiderans oſculari pcuſſit eum in latere pditorie ⁊ laten
ter occidit·ij·Re·xx· Triphon occidit ionathan ⁊ filios eius
cū tamen recepiſſet ꝑ liberacōe eius duos filios obſides ⁊·xxx·
talenta argenti a ſymone fratre ſuo·p̄mo machabeoꝝ tercio

Interfect⁹ eſt naboth iſrahelita ꝓpter vineā ſuam ꝓditõne ordinãte ieſabel vxore achab· iij· Re· xxvij· Tholome⁹ fecit conuiuium ſymoni ſacerdoti ⁊ duob⁹ filijs eius quaſi volens eos honorare in quo cõuiuio eos ꝓditõne īterfecit· p̊· mach· xvi· ¶ Homicidiū fit aliquãdo iuſte cū occiduntur homines ex iuſticia eorum exigentib⁹ culpis Nam qꝛ zebee ⁊ ſalmana occiderūt fratrē gedeonis· iuſte ⁊ racõnabiliter ſunt ab eo occiſi· qꝛ omnis q̇ acceperit gladium gladio ꝑibit· Judic· viij· Math· xxvi· Quia iacob occiderat duos viros prodicioſe abner ⁊ amaſon· ipſum iuſtiſſim⁹ ſalomon mandauit occidi· iij· regū· ij· Juſte fecit dd̄ occidi adoleſcentem qꝛ dixit ſe ſaul dn̄m ſuum occidiſſe· ij· regū p̊mo· Duo ſenes peſſimi qui ſuſãnā condēnauerunt ad mortē iuſſi fuerunt a daniele lapidari· Daniel· xiij· Ananya ⁊ zaphira domino menciētes dei ⁊ petri ſentencia ſunt occiſi Actu· quinto· ¶ Homicidium valde diſplicꝫ deo ⁊ inter omnia vicia ipſum legitur grauiter puniſſe· nam homicidium caym puniuit a cerbe ⁊ tamen adhuc non erat ꝓhibitum lege ſcripta Geneſ· iiij· Vnde eciã volens dn̄s oñdere ꝙ ipſe homicidiū abhorrerꝫ ⁊ eciam homo abhorrere deberet ſub velamine figure carnem cū ſanguine ꝓhibuit comedi Leuit· ix· ¶ Homicida in anima debet reputari mortu⁹ ⁊ occiſus· ideo dicebat rebecca tīens ne eſau occiderꝫ iacob· cur orbabor vtroqꝫ filio vno die ſcꝫ vno in anima ⁊ alio in corpe Geñ· xxvij· Tantum offenditur deus ī effundendo ſanguinē innoxium qꝺ̇ ſeruicia illoꝝ deo diſplicēt· Ideo noluit dominꝰ vt dauid edificaret ſibi domū· ſꝫ ſalomõ ei tēplū edificarꝫ· iij· Regū· vij Quia ioas fecit zacharīā iniuſte occidi grauiter fuit a domino punitus qꝛ diuina puſſiõe a ſeruis ſuis occiſus eſt ⁊ non eſt ſepultus in ſepulchro regio· ij· pali· xxiiij Vnde dicit quidã ſanctiſſim⁹ doctor hortãs ⁊ ammonēs quēlibet homicidã vt peniteat dicēs· o homicida quid feciſti· ſi totū orbem terre cõbuſſiſſes· celum deſtruxiſſes· paradiſū ſpoliaſſes deum non intãtum turbaſſes ꝙ̈ ꝙ ſanguinē fudiſti ꝓ quo dn̄s noſter ihs xp̄s ſuum roſeum ſanguinem fudit Interemiſti enī hominē quē deus viuificauit· Conuertere ergo ⁊ age penitēciā ⁊ erit tibi gracia a deo·

¶ De honore parentum·

¶ Honorare debem⁹ parētes
- Eis loquēdo cū reuerēcia.
- Eis parēdo cū obediēcia:
- Curā gerēdo in indigēcia:
- Nō efficiēdo triſtes ex diſplicēcia
- Fructū querēdo ex ꝯplacēcia.
- Penam timēdo de negligēcia.

Honorare deb; homo parētes eis exhibendo reuerenciā loquēdo ⁊ reuerēter aſſurgēdo. reuerent̄ tractando ⁊ verbis omnib⁹ de eis honorabilia referēdo. Sic ſalomon aſſurrexit matri ſue ipſam honorādo venit in occurſu; eius ⁊ eam iuxta ſe ſedere fecit ⁊ blande eam allocutus eſt. iij. Reg. ij. Thobias iuſtus inter alia que dedit filio ſuo documenta dixit. honorē exhibebis matri tue ōmibus dieb⁹ vite eius Thob. iiij. Expellēs ihēſus de templo emētes ⁊ vendentes dixit. Nolite facere domū patris mei domum negociacōnis Jo. ij. Volens xp̄s oſtendere ꝙ patrem in miraculis ⁊ in omnib⁹ honorar; dixit poſt eiectōnem demonij. Ego honorifico patre; Joh̄. viij. Omnia opera que faciebat. patri attribuebat oſtēdens quomō pater deb; honorari Joh̄. v. ¶ Honorare deb; homo patrē ⁊ matrem in preceptis. inſup ⁊ in omnib⁹ obſequēdo. q2 non obediētes parentibus malā incurrunt ſentenciā Jdo filij hely q2 non obedierūt patri vt deſiſterent a malis diuinā ſentenciā grauiſſime incurrerunt. p̄. Re. ij. a̅s. iij. ⁊. iiij. Econtrario rechabite licet eoru; pater res difficiles mandar; videlic; non bibere vinu; nec edificare domus in ſempiternum ei obedierunt Jhere. xxxv. Jonathas q2 non obediuit precepto patris ſed cōtra preceptū pr̄is modicū mellis guſtauit mortis ſentenciā incurrit. p̄mo Regu; xiiij. Puer ihēſus deſcendēs in nazareth cum parentibus erat ſubditus illis Lu. ij. Obedire debent filij parētibus ſcita eorum voluntate dato ꝙ verbis non exprimāt. Jdo xp̄s ſciens ꝙ de voluntate matris erat facere aliquod miraculu; in nupcijs. mater enim ſolum dixerat vinum non habent ⁊ ipſe obediens ei⁹ voluntati aquā in vinum conuertit. Joh̄. ij. ¶ Honorare debemus parētes de ipſis in vita ⁊ in morte curam habendo ⁊ i neceſſitatibus eis ſubueniendo. Jdo dauid in magna nec̄citate exiſtens de ipſis curā habuit ⁊ ipſos regi moab diligenci⁹ ꝯmendauit. p̄. re. xxij. Thobias ſenior dixit filio ſuo. Cū acceperit de⁹

animā meam ſepeli corpus meum ⁊ honorez exhibebis mr̄i tue
omnib⁹ diebus vite tue Thob·iiij· Pendens xp̄s in cruce ma
trem ſuā dilecto diſcipulo ↄmendauit· ex quo patz quātam cu
ram ⁊ ſolicitudinem de ipſa habebat qui de ea ī tali articulo co
gitauit Joh·xix· Nota hic exēplum qd̄ ponit aug⁹· in libro de
ciuitate dei de quadaz filia que nutriuit matrē incarceratā pre
bens ei ſingulis diebus vbera ad ſugendum ꝓpter quam carita
tem exptam demū mater liberata eſt·: ¶ Honorare debemus
parētes in nullo eos contriſtādo· nec eos inq̄tum poſſum⁹ con
triſtari ſinendo· Nam licz eſau eſſz malus ⁊ fratrem ſuum vellz
occidere tamē nolebat facere viuente patre ne ipſū contriſtaret
ſed dixit· venient dies luctus patris mei· ⁊ ego occidam iacob
Geñ·xxvij· Videns iudas cōtriſtacōem patris pro benyamin
ad penam magnam ſe obtulit dicens· Ego ſuſcipio pueruz de
manu mea require illum· niſi reduxero eum ⁊ tradidero eum ti
bi ero peccati in te reus omni tempoē· Geneſ·xliij· ⁊ xliiij· Vi
dens iſrahel ꝙ iudas non paciebatur eum contriſtari· acquie
uit verbis eius q̄ non acquieuerat verbis ruben dicētis· duos
filios meos interfice ſi n̄ reduxero eū tibi Geñ·xlij· ⁊ xliij Cū io
ſeph voluit retinere benyamin ait iudas· non poſſuz redire ad
patrē meuz abſente puero ne calamitatis pr̄is mei cauſa exiſtā
Geñ·xliiij· Thobias iunior dixit angelo ſcis eñ ipſe quoniam
numerat dies pater me⁹ ⁊ ſi tardauero pl⁹ vna die triſtabitur
patris anima Thob·ix· ¶ Honorare debem⁹ pentes ꝓpter fru
ctum cōſequendum· nam nulli p̄cepto de⁹ adiunxit p̄mium ſer
uantibus ⁊ penam non ſeruantibus niſi tm̄ p̄cepto de honore
parentum· Vnde ait honora patrem ⁊ matrem vt ſis longeu⁹
ſup terram· Et ſequitur Qui autem maledixerit patri ſuo aut
matri morte moriatur· Exodi·xx· ⁊ Deut·qnto· Quia ſentēcia
phet patrem denudatum honorauerunt Jdo eius benedictōnē
acceperunt· Geneſ nono· Benedictio autem patris magne re
putacōnis erat ante eſau ⁊ iacob pro eo taliter contēderunt Ge
neſ viceſimoſeptimo· Quia cham patrem non honorauit ſ3 de
riſit ido eius maledictōem incurrit· Geñ·nono· Ad rubē dixit
iacob· non creſcas qꝛ aſcēdiſti cubile pr̄is tui Geñ·xlix· ¶ Ho
norare debem⁹ parentes durum diuinum iudiciuz fugiamus ⁊
ei⁹ vlcionem· quam tam in preſenti ꝙ̄ in futuro parentes non

honorantibus prepauit· p̄cepit eñ dominꝰ p moyſen· Si gen̄u
rit quiſꝗ̄ filium cōtumacem ac ꝑteruum lapidibꝰ obruet eum
omnis populꝰ Deu·xxi· Abſalon peſſime perſecutus eſt dauid
patrē ſuum·ido morte peſſima interemptus fuit·ij·Re·xv·⁊·x
viij·Duo filij ſennacherib occiderunt eum·ſed neuter eorū reg
nauit ꝑ eo·iiij·Re·xix·

## De humilitate·

Humiliari debemꝰ in
- Peticione diuinorū·
- Famulacōe dn̄orum·
- Subleuacōe ſubditoꝝ·:
- Reſponſione iurgioꝝ·
- Religione clericoꝝ·
- Exaltacōe premioꝝ·
- Reputacōe minnoꝝ·:
- Deſpectōe laudatoꝝ·
- Remiſſione peccatoꝝ·
- Xp̄i ſumpcōe exēploꝝ·

HVmiliari debemꝰ deo in oracōe loquēdo humilit̄ atq3
ſeruiēdo· ſic abraham do humiliter loq̄batur dicens
loquar ad dn̄m meū cum ſim cinis ⁊ puluis Gen̄·xviij·Gedeō
hūiliter locutus eſt angelo miſſo dicēs·familia mea minima ē
Judicū·vi·Dauid corā deo humiliter ſe habuit qn̄ ante eius
archam ludēs ſaltauit·ij·Reg·vi·Nathan venit ad dauid ex
pte dei·et dauid hūiliter ſe habuit ad deum·ij·Re·vij·Cuz do
minꝰ ꝑpter peccata dauid miſiſſz peſtilēciam in populum dixit
dauid humiliter ad dn̄m·Ego ſum q̄ peccaui·ij·Re·xxiiij·Ma
gna humilitas fuit in magis qui ꝓcidentes adorauerunt pueꝝ
in p̄ſepio Math·ij·Centurio humiliādo ſe dixit·dn̄e non ſuz
dignus vt intres ſub tectum meū·ob hanc humilitatez meru
it ſanacōem pueri ſui Math·viij·Mater filioꝝ zebedei precatu
ra ꝓ filijs ſuis acceſſit humiliter ⁊ adorauit Math·xx· Hu
miliari debet homo dn̄s tempalibus eis hūiliter ſeruire ⁊ rn̄
dere ⁊ ido dixit angelus ad agar·reuertere ad dn̄am tuam et
humiliare ſub manu ipſiꝰ Gen̄·xvi·Multū hūiliauit ſe dd̄ cō
tra ſaul dn̄m ſuum cū debuit fieri gener eius dicens·Quis ego
ſum aut que vita mea aut cognacio prīs mei vt fiam gener re
gis·p̄·regū·xviij·Similiter cū ſaul pſequeret̄ dauid·Dauid

multū ſe humilīās dixit Quē pſequeris rex iſrahel quē pſeque
ris·canem mortuū ⁊ pulicem viuū tu pſequeris·p̄·Reg·xxiiij·
Miphiboſet h inique accuſatus a ſeruo ꝓprio ⁊ iniuſte exhere
ditatus a dauid tamē humiliter loquebat̄·ij·Re·xix· ¶ Hūi
les debent eſſe p̄lati nō ſe ambicioſe p̄lacōibus ingerēdo ſiue
inhe rēdo·ſꝫ humiliter ꝯſeruando Jdō moyſes humiliter ſe qn̄
quies excuſauit anq̄ꝫ vellet ducatū populi accipe·ad vltimū vo
lente dn̄o accepit Exo·iiij·Non debēt p̄lati totā p̄lacōnem ſibi
ſupbe retinere ſed alijs humiliter partem dare Jdō moyſes li
cet ducatū a dn̄o haberet tamen rogauit iobab vt ſecum iret et
ductor populi eſſet Numeri·x·Non debent prelati negocia de
ſuo capite ⁊ ſenſu facere ſed humiliter requirē conſilia ſubdito
rū Nam licet moyſes ſic familiariter loqueret̄ cū dō tamē cōſi
lium ietro cōſulentis ſibi fideliter nō deſpexit Exo·xviij·Quan
tum debēt homines p̄lacōem reſpuere patꝫ in gedeone q̄ licꝫ eſ
ſet elect⁹ a dō noluit tamē populo dn̄ari dicens·nō dn̄abor nec
dominabit̄ fili⁹ me⁹ in vobis ſꝫ dn̄abitur veſtri domin⁹ Judic·
viij·Non debēt velle p̄lati ſalutacōes hominū inferiorū nec eoꝝ
genufleccōes ante ſe ſuſtinere ⁊ adorari vt deus· Nam cum pe
trus adoraretur a cornelio ait·ſurge q₂ ego homo ſum ſicut ⁊ tu
Actu·x·Similit̄ fecerūt paul⁹ ⁊ barnabas Actu·xiiij· ¶ Hu
militer debēt homines cuilibꝫ rn̄dere q₂ iuxta ſapiētis ſentēciā
Mollis rn̄ſio frangit iram·ſermo durus ſuſcitat furorē· Nam
q₂ iacob loquebatur humiliter cum eſau iram eius cōpeſcuit·
Geneſ·xxxij·Valde humiliter reſpondit dauid ad ſaul quan
do debebat fieri gener ipſius·p̄·Reguꝫ·xviij· Si ierob oam ſi
ter reſpondiſſꝫ nequaq̄ꝫ decem partes populi pdidiſſet·iij·reg·
xij·Princeps quinquagenari⁹ tercius non eſt conſumptus ab
igne q₂ humiliter loquebatur·iiij·Re·p̄·Quia mulier chana
nea humiliter reſpondit verbis domini que aſpera videbant̄ ⁊
aſſerens ſe catellum de micis menſe domini ſaturari cupientꝫ
ſanitatem filie impetrauit·Math·xv·Querēti domino a petro
an eum plus alijs diligeret reſpondit hūiliter·Dn̄e tu ſcis q₂
amo te·non dixit amo te plus alijs ·ſed ſimpliciter dixit·amo
te Joh·xxi· ¶ Humiles debēt eſſe religioſi pre ceteris genti
bus exemplo p̄moꝝ religioſoꝝ ⁊ heremitaꝝ veteris ⁊ noui te
ſtamenti videlicꝫ helye ⁊ iohis baptiſte·debent itaqꝫ religioſi

humiliter de ſe ſentire ⁊ ſe viles ⁊ humiles reputare. Sic dice
bat iohes. Non ſū dignus vt ſoluā corrigiā calciamenti eius.
Marci p. ⁊ Jo. p. Itē debent de ſe humiliter loqui. ſic dicebat
iohes Ego vox clamātis in deſerto Jo. p. Debent religioſi nō
pompoſe ſed humiliter indui. qꝛ qui mollibꝰ veſtiūtur in domi
bꝰ regū ſunt In cuius figura iohes erat veſte indutus de pilis
camelorꝫ Math. iij. Unde etiā augꝰ in regula dicit Non ſit no
tabilis habitus veſter. ſup quo verbo dicit Hugo de ſancto vi
ctore. Non enī pulchritudo veſtis ſꝫ mundacio mētis ornatum
facit clericum. Itē Gregoriꝰ Si cultus veſtiū ſubtilium pctm̄
non eſſꝫ nequaꝗ̄ dominꝰ in ſermōe tam vigilanter expſſiſſꝫ di
cens ꝙ diues ille qui purpura fuit indutus apd̄ inferos ſic tor
queret᷑ Lu. xvi. De helya ſimiliter dicit᷑ vir piloſus ⁊ zona pel
licea accinctus renibꝰ. iiij. Re. p. Item religioſi debent hūilit᷑
⁊ non laute paſci ne murmurari incipiant in deſerto religiōis
cū filijs iſrl̄ dicentes. Utinam mortui eſſemꝰ in terra egipti qn̄
ſedebamus ſup ollas carniū. ſed ſint cōtenti victu tenui ſicꝫ io
hāne cuius cibus erant locuſte ⁊ mel ſilueſtre Math. iij. In cu
ius etiā figura angelꝰ helye ſolum panem ſubcinericiū ⁊ aquā
miniſtrauit. iij. regū. xix. Debent etiā humilit᷑ victum querere.
nec ex ſupbia verecūdari vt mendicēt. ideo helyas ſeruus dei a
vidua ſareptena bucellā panis hūiliter poſtulauit. iij. Reg.
xvij. Itē debent humilit᷑ habitare non in altis domibꝰ ⁊ excel
ſis palacijs. ſed in locis ſolitarijs ⁊ deſertis. ideo iohes habi
tabat in deſerto Lu. iij. ¶ Humiliātes ſe dn̄o humiliter exal
tātur iuxta ſaluatoris ſentēciā. Qui ſe hūiliat exaltabit᷑ ⁊ ꝙ̄
ſe exaltat hūiliabit᷑ Luc. xiiij. ⁊ xviij. In cuius figura ſaul qui
querebat aſinos fuit a dn̄o ſup regnum iſrl̄ exaltatus. p. Re.
ix. Veniens helyſeus ad aquas iordanis. pmo pcuſſit aquas
nichil dicēs. ⁊ nō eſt diuiſa qꝛ ſupbe agebat. ſecundo nomē do
mini inuocabat hūiliter ⁊ ſic exaltatus eſt. qꝛ ſpm̄ helye hūit
duplicem. ꝓpha fuit ⁊ mirabilia facere inchoabat. iiij. Reg. ij.
Diſperſi filij iſrl̄ humiliauerunt ſe ⁊ fuerūt p victoriā exaltati
Judith. xiij. ⁊ xv. Petro dicente hūiliter exi a me qꝛ homo pec
cator ſum in hoc officium apoſtolatꝰ dominꝰ ſibi benigne cōmi
ſit. Lu. v. Optimā regulam hūilitatis oſtēdit ſaluator dicēs. cū
inuitatus fueris ad nupcias recumbe in nouiſſimo loco Lu. xiiij.

¶ Humiliari deb; homo quāto maior eſt iuxta ſētēciā ſalomōis
Quāto maior es humilia te in omnib⁹ Jdo heſter magna ef
fecta tamē ſemp humilitatē ſectabatur ꝛ ſupbum deiicit amā
Heſter·iiij·David lic; magn⁹ ꝛ in regē vnct⁹ tamē victualia
fratrib⁹ humiliter deferebat p̄·re·xxvij Propha magn⁹ ihēmi
as ex vtero vocatus ꝓpha dicebat·neſcio loq̄ Jhere·i·Joſeph
vir iuſt⁹ ꝛ caſt⁹ reputans ſe indignū virginis cōiugio ·voluit
eam occulte dimittere ·Math·p̄·Johes cū ꝓpter eius ſanctita
tē crederet xp̄s dicebat·nō ſum dign⁹ corrigia calciamēti eius
ſoluere Jo·p̄·¶ Humiles debēt eſſe homines qn̄ aliqua bona
faciunt vt non velint inde habere vanā gloriā vel ab hominib⁹
collaudari ·Nā xp̄s publica ſua miracula oñdere ac reuelare p
hibebat vt pat; in leproſo mūdato Math·viij·ꝛ duob⁹ cecis
illuminatis mat·ix·Jtē vni ceco Math·viij·Et ſurdo ꝛ muto
ſanato math·vij·Et ſimiliter de tranſfiguracōe Mat·xvij·Ad
fugiendū iactanciā ꝛ vanā gloriam de bonis que nos agimus
ꝛ habēdam humilitatē multū valet exēplum de humili publi
cano ꝛ ſupbo phariſeo Luce·xviij·Petrus ſanās claudū non ſi
bi tribuit miraculū ſed dō Actu·iij· ¶ Hūilitas meret̄ indul
genciā pc̄tōrum Nam achab neq̄ſſimus audiens penam ſibi
debitā p pc̄tis hūiliatus eſt ꝛ de⁹ ei penam tēperauit·iij·re·xxi·
Ezechias humiliatus eſt idcirco ira dei nō venit ſup eum in di
ebus ſuis·ij·pali·xxix·Nabuchodonoſor hūiliatus cognouit
ſtatum ſuum·ꝛ idō reduct⁹ eſt ad ſtatum priſtinū Dan·q̄rto·
Quia niniuite humiliati ſūt idō eoꝝ ciuitas non eſt ſubuerſa·
Jone·iij·Magdalena q2 pedes xp̄i humiliter acceſſit pc̄tōrum
ſuoꝝ veniam impetrauit Lu·vij·¶ Hūilitatis exemplū debe⁹
de xp̄ō ſuſcipe·in triplicī eñ ſtatu ſuo humilis fuit·ſc; in ſtatu
natiuitatis·vite ꝛ mortis·Humil̄ fuit in natiuitate q2 concipi
voluit in ciuitate parua·vnde dixit nathanael·a nazareth pote
rit aliquid boni eſſe Luc·p̄·Jo·p̄·Jtē de humili virgine naſci
voluit·dixit eñ mater eius Ecce ancilla dn̄i·itē dixit·Reſpexit
humilitatē ancille ſue Lu·p̄·Jtem in humili loco reclinatus·ſ·
in p̄ſepio Lu ij·De humilitate chriſti qn̄ humiliter vixit·hu
militer docuit nunc obmitto·q2 de hac plena ſunt omnia euan
gelia·De morte autē xp̄i notandū eſt q fuit humilima·Caru
it eñ ſeptē que ſupbi querunt ſc; terrena affluēcia·q2 veſtitu

expoliatus·mundana ſapiencia q2 inſipiens reputatus·popu
lari fama q2 in carne vulneratus·inimicoꝝ victoria q2 corpali
ter victus·amicoꝝ numeroſitate q2 a diſcipulis derelict9·ami
corum cõſolacõne quia ab hijs amici eſſe debuerant acriter eſt
afflictus·Caruit eciam omni conſolacõne·quia cruci miſerabi
liter affixus·hec omnia patent Math·xxvi·Marci decimoquī
to·et·xv·Lu·xxij·et·xxiij·Johānis·xviij·et decimonono·Quo
modo autem deus omnipotēs christus ihesus ſaluator noſter
ſuam deitatem abſcondit ſub humilitate patz ex hoc prout pl
chre effrem deducit in quodam ſermone de chriſti tranſfigu
racõe vbi chriſtuz deum et hoiez dicit ſic dicens·Si non erat de
us·gabriel quē deum vocauit·Si non erat homo·maria quez
in ventre geſtabat·Si non erat deus·iohānes cui in vtero ex
ultauit·Si non erat homo quis in preſepio iacebat·Si non
erat deus·angeli quem glorificabant·Si non erat homo.ma
ria quē lactabat·Si non erat deus magi quē adorabant·Si
non erat homo.ioſeph quē circumducebat·Si non erat de9·co
lumba quem proteſtabatur·Si non erat homo.iohannes quē
baptiſabat·Si non erat deus.quis peccata relaxabat·Si nō
erat homo.in deſerto quis eſuriebat·Si non erat deus.mare et
venti cui obediebant·Si non erat homo.in naui quis dormie
bat·Si non erat deus.mortuos quis ſuſcitabat·Si non erat
homo.in cena quis edebat·Si non erat deus.latroni regnum
quis pmittebat·Si non erat homo.in cruce quis pendebat·
Si non erat deus.ſol lucem ꝓpter quē cōtinebat·Si non erat
homo·in ſepulchro quis iacebat Si non erat de9 die tercia qs
reſurgebat·Si non erat homo.thomas quē palpabat·Si nō
erat deus.in templū quomō aſcendebat·Patz ergo q chriſtus
eſt deus et homo ex ſubſtancia patris ante ſecula natus omnia
implens omnia continens equalis p omnia patri in ſubſtan
cia·ex ipſo et cum ipſo ſemp eternus·Nam in ſe ſuſcepit huma
nam naturam creator ac domin9 omnium creaturarum et ſuaz
glorioſiſſimam deitatē velauit ac humiliauit ſuam humilitatē
dans nobis exemplum vt ita faciamus vt cum eo eternaliter
viuere atq3 regnare valeamus·Amē·

De iactancia et gloriacõe

¶ Iactatores ꝯsueuerūt.
- Alios despicere detrahēdo.
- Pompis se p̄ficere extollēdo.
- Deum abicere obloquēdo.
- In fcīs deficere obtinendo.

Iactatores alioꝝ fcā ꝛ ꝑsonas despiciunt ꝛ seipsos extollunt. sic dicebat gaab. Quis ē abimelech ꝛ quis est sichē vt ſuiamus ei vtinā daret aliquis populū istū sub manu mea. quasi dicēt ego magna facerē Iudic. ix. Grandia verba dixit rapsācēs ex p̄te regis assirioꝝ despiciens regē iuda ꝛ regem egipti. ꝛ extollēs dominū suū ꝛ seipsū. iiij. re. xviij. Contra iactantes se ꝛ ceteros spernentes ponit xp̄s parabolam de publicano ꝛ phariseo Luce. xviij. Despiciebant pharisei cecum natū dicētes. in pccīs ꝯceptus es totus ꝛ natus ꝛ tu doces nos. Ioh. ix. Arroganter dixit pylatus ihū Nescis qꝛ potestatē habeo dimittere te ꝛ ptātem habeo crucifigē te Io. xix. ¶ Iactatores pompatice ꝛ ex superbia magna loquūtur. ſ3 homo sapiēs de quibꝰ iactari possꝫ tacꝫ sic sampson inermis leonē interfecit nec tamē hoc patri indicauit. Iudic. xiiij. Stultū est se iactare de futuris cōtigenbꝰ. nā adonias eleuabatꝰ dicens. ego regnabo. qd̄ sic nō euenit. iij. re. p̄. Vnde dicit etiā phs. de futuris ꝯtingētibus nō est determinata veritas. Benedab rex syrie pompose locutus est regi isrl̄ p nuncios suos cui tamē postea male successit. iij. Re. x. Aman pompose iactabat se qꝫ solus cum regina pranderet qui in breui post hoc fuit suspendio adiudicatus Hester. iiij. v. ꝛ vij. Nabuchodonosor in aula deambulās dicebat cū supbia. nōne hec est babilon magna quā ego edificaui in domū regni in robore fortitudinis mee ꝛ in gloria decoris mei qui postea fuit in bestiam mutatus Dan. iiij. Quātumcūqꝫ humiliantꝰ supbi adhuc tamē iactare se non desinūt. sic anthiochꝰ turpiterꝰ fatigatus adhuc tamē iactare se nō desinit. ij. mach. v. ¶ Iactatōes nō solum se extollūt supra homines ſ3 etiā supra deū. Ideo dicitꝰ de nabuchodonosor rege qui dicebat in corde suo. in celū ascēdam supra astra exaltabo soliū meū sed postea turpiter ꝛ ꝯfuse cecidit. ysa. xiiij. Nabuchodonosor dixit danieli ꝛ socijs eius. quis est deus qui eripiat vos de manu mea Dan. iij. Dicētibus iudeis. ē deus potens in celo qui iussit celebrari sabbatū r̄ndit nycanor Et ego potens in terra qui impio sumi arma. ij. machabe. xv.

Qui ſe ſic iactant ſemp̄ menciūtur ⁊ imitant̄ diabolum qui ſe
iactabat plura dare criſto que nō erant ſua dicens. Hec ōnia
tibi dabo ſi cadens adoraueris me Mar. iiij. al's Mat. iiij. ſm
vero lucam ſic iactauit ſe dicens. hec michi tradita ſunt ⁊ cui vo
lo trado illa Lu. iiij. ¶ Jactatores multa dicūt ⁊ pauca faciunt.
ꝑmo vt plurimū cōfunduntur ⁊ deficiunt. iuxta illud poeticum
Sepe minꝰ faciunt homines qui magna loquūtur Sic golias
alios inuitabat ad ſingulare certamē q̇ fuit poſtea a puo ſupa
tus. p̄. Re. xvij. Holofernes iactabat ſe corā achioꝛ ꝙ ipſū oc
ciderz ⁊ filios iſrl' ſuparet q̇ poſtea fuit a femina interfectꝰ. Ju
dicū. vi. Seron iactabat ſe dicens. faciam michi nomē ⁊ expu
gnabo iudeā ſed ipē fuit poſtea debellatus. i. mach. z Demetriꝰ
ſupba verba miſit ionathe. ſed ſibi cito male ſucceſſit. p̄. Ma
cha. x. Nycanoꝛ iactauit ſe dare p̄ vno talēto argēti nonagīta
mancipia iudeoꝝ. ij. mach. viij. Petrꝰ iactant ſe obtulit cū do
mino moꝛi q̇ ad vocem femine ipſū negauit Mat. xxvi.

¶ De ydolatria.

Ydolatrare facit hoīes.
- Timiditas ⁊ abſencia platoꝝ.
- Calliditas ⁊ adherēcia laſciuoꝝ
- Maliginitas ⁊ ꝯplacēcia ſocioꝝ.
- Tumiditas ⁊ excellēcia ſupboꝝ
- Iniq̇tas ⁊ ꝯſcia reproboꝝ.

Ydolatrare facit homines aliqn̄ abſencia platoꝝ Nam vides po
pulus ꝙ moram fecerat moyſes in monte cū domino nec eſſet
cū eis dixerunt ad aaron. Surge fac nobis deos qui p̄cedant
nos. qui puſillanimis fecit eis vitulū ꝯflatilem quē ipſi adorarē
ceperūt Exo. xxxij. Joſue mortuo. filij iſrl' fecerūt malū in ꝯſpe
ctu domini. et deſeruerūt deum patꝝ ſuoꝝ ⁊ ydolis ſeruierūt Ju
dicū. ij. ¶ Ydolatrare facit homines luxuria ⁊ inordinata cōcu
piſcēcia mulieꝝ. Nam fornicatus eſt populꝰ iſrl' cū filiabꝰ mo
ab que vocauerūt illos ad ſacrificia ſua. et illi adorauerūt ydo
la ſua. Numeri. xxv. Cum eſſz ſenex ſalomō deprauatuz eſt cor
eius p mulieres vt ſequeret̄ deos alienos nec erat pfectum cor
eius apud deum. iij. Re. xi. ¶ Ydolatrarē facit homines mala
ſocietas vel malū exemplum qd videtur ab alijs q̇ male egerūt
Non enī ſuffecit achab regi iſrl' vt ābularet in pctis ierobeā
ſed inſup ſeruiuit baal ⁊ adorauit eum. iij. Re. xvi. Achas. al's

achim rex iuda ambulauit in vijs regū iuda inſup ⁊ filiū eiuſ
conſecrauit tranſferens ꝑ ignē·iiij·Re·xvi·Tranſlati filij iſrľ i
aſſyrios coluerunt deos alienos ⁊ ambulauerūt iuxta ritū gē
ciū·iiij Regū·xvij· ¶ Idolatrare facit homines ſupbia eoꝝ q̄
ſe reputant equales ⁊ maiores deo ·ſic holofernes iratus contra
achior qui cōmendabat potēciam dei hebreoꝝ dixit ſe eſſe oſtē
ſurum ꝙ non eſſet deꝰ niſi nabuchodonoſor rex vt omnes deos
terre exterminarꝫ ſcꝫ vt ipſe deus ſolus nominaret̄ ⁊ diceretur
Judith·vi·Darius rex pſarum p̄cepit ꝙ nullus peterꝫ aliquid
ab aliquo deo infra triginta dies niſi ab ipſo dario tanꝗ ſe ſi
cut deum potentem oſtenderet Daniel·vi·Nabuchodonoſor fe
cit ſtatuam auream ⁊ precepit ſupbe vt omnes gētes adorarēt
eam Daniel·iij· ¶ Idolatrare facit homines malicia ꝓpria ⁊ ꝑ
uerſitas animi·ſic ierobeam excogitato cōſilio fecit duos vitu
los aureos adorari ꝓ deo·iij·Regū·xij·Edificauerunt viri iuda
aras ⁊ ſtatuas ſup colles ⁊ ſubter arbores·iij·Re·xiiij·Confu
ſus ſennacherib reuerſus eſt in niniuē ⁊ cum adorārent in tēplo
dei ſui duo filij eius occiderunt euꝫ·iiij·Regū·xix·Manaſſes rex
iuda fecit aras baal ⁊ adorauit omnē miliciam celi·ij·palipo·x
xxiij·Babilonij prius adorantes bel·poſtea adorauerūt draconē
Daniel·xiiij·Anthiochus iuſſit edificare aras ⁊ ydola ⁊ y̆mo
lari carnes ſuillas p̄mo Machab·p̄mo·Manēte paulo athe
nis incitabatur videns ydolatrare totam ciuitatem in qua mo
netur quilibꝫ dolere de iniuria dei Actu·xvij·

## ¶ De impaciencia ⁊ murmure·:

Impaciētes ⁊ murmurātes ſunt·
- Subiacētes correpcōibꝰ dñoꝝ·
- Seruiētes crapulacōibꝰ guloſoꝝ
- Inuidētes ꝯſulacōibꝰ alioꝝ·
- Iraſcētes i ſuſtētatoribꝰ aduſoꝝ·
- Neſciētes i inſtructōibꝰ pitoꝝ·
- Extollētes ſe i admuēcōibꝰ ſblioꝝ

Impaciētes ⁊ murmurātes ſunt ſerui ⁊ ſubditi ad correpcōes
⁊ verba dominoꝝ ⁊ aliquādo prelatorum·ſic agar non ferens
correpcōem domine ſue que affligebat eam ꝓpter ſupbiaꝫ eiuſ
receſſit impaciens ſed admonicione angeli reuerſa eſt Geneſ·
xvi·Prepoſiti filiorum iſrľ dixerunt moyſi·Judicet dñs int̄ te
⁊ nos·Exodi·v·Filij iſrľ impaciētes ⁊ promice dixerūt moyſi·

Forſitan non erãt ſepulchra in egipto Exo·xiiij· Vides põpul⁹
q̄ moyſes moraretur in mõte cum dño filij iſrahel impaciētes
dixerunt ad aaron· Fac nobis deos qui precedãt nos Exo·xxx
ij· Ancilla ſare impacienter ferẽs increpacionem domine fue·rũ
dit amplius ex te nõ videam⁹ filium interfectrix viroꝝ tuoruꝫ
Thob·iij· ¶ Impaciētes ꝛ murmurãtes ſunt homines guloſi
non volētes pati aliquem defectũ eſce aut potus· Nã impaciēſ
populus iſrˡ murmurauit ꝓpter defectum potus Exo·xv· Mur
murauerũt poſtea tanq̄ impacientes ꝓpter eſcam ꝛ grauiter pu
niti ſunt Exo·xvi· Guloſi multa murmurare nõ deſinunt· Sic
filij iſrˡ habentes mãna nõ erant ɔtenti ſ; adhuc murmurabãt
Exo·xvi· Recordabant̄ filij iſrˡ carnium in egipto ſ; de mi
ſeria ꝛ ſeruitute in qua fuerant nõ faciebant aliquã mencionē
Exo·xvi· Propter defectũ potus iterũ murmurauerũt filij iſrˡ·
Exo·xvij· ¶ Impaciētes ꝛ murmurãtes ſunt homines inuidi
de alioꝝ felicitate qđ dño multũ diſplicꝫ· Nã ꝓpter murmura
cionē quã fecerunt chore dathan ꝛ abiron deſcēderunt viui i in
fernũ Nui·xvi· Et poſt altera die iteꝝ murmurauerũt ꝛ ignis mˡ
tos cõſumpſit Nui·xvi· Diſcũbente ihũ in domo phariſei inui
di murmurare ceperũt q̄ cum pctõrib⁹ manducaret Math·ix·
Similiter cũ diuertiſſꝫ ad zacheũ Lu·xix· Itē Lu·xv· De pub
licanis ꝛ pctõribuſ· Operarij murmurauerũt aduerſus prēmfami
lias q2 largus fuerat Mat·xx· Principes ſacerdotũ audiētes pue
et volens requieſcere lectū non habuit ſed lapidez ſupponens ca piti ſic dormiuit. Geñ xviij. Moyſes paſcebat oues ietro quia oues ꝓpas nō habuit. Exodi iij. Filij rechabitarū domos non inhabitabāt vinum nō bibebāt ꝛ vineas nec tabernacula edi ficabāt ꝛ agros nō ſerebant. Jere. xxxv. Adoleſcēti dixit dn̄s ſi vis pfectus eſſe vade ꝛ vende omnia q̄ habes ꝛ da paupib⁹. Math xix. In pⁱmitiua eccleſia omnia dabanť ꝛ q̄ſi cōmunia habebanť. Act. iiij. Petrus verus paup dixit claudo argentū et aurum nō eſt michi. ſed qd habeo tibi do. Act. iij. Paulus dixit fratrib⁹ achye. argentū ꝛ aurum et veſtem nō concupiui. Act. xx. ¶ Paupes ſpitu pōe viuere debent ꝛ de modico victu cōtentari. nā ſic viuebat ruth que colligebat ſpicas poſt terga metētium. Ruth ij. Multū parce ꝛ magna cū penuria viuebat helias quādo peciit buccellam panis ꝛ paululū aque a ſarepta na vidua ſibi dari. iij Regū xvij. Filij ꝓphetarū ſatis tempate viuebant qꝛ parū de pane et pulmētum inſipidū cōmedebant iiij Re. iiij. Paulus apl̄us dicebat eſurimus ꝛ ſitim⁹. Paup tatis exēpluz hēmus a xp̄o qui eſt de paupe matre nat⁹ ꝛ pau pere fabro nutrit⁹ ꝛ in paupe loco reclinat⁹ pānis pauperris inuolutus in pauperū oblatione templo p̄ſentatus redemptus ſcȝ turturi bꝫ columbaruȝ duoden⁹ in tēplo ſine familia eſt rep tus. hec ōnia nobis in exēplum pauptatis ſuſtinuit paciēter. Luc. ij. Ad paupes nuptias vbi vinū defecit ꝛ defuit inuitat⁹ acceſſit ꝛ ibi aquam in vinū ↄuertit. Joh ij. Caput vbi recli naret nō habuit. Math. xxvij. Paupē familiā habuit Math iiij. In cruce paciēs nud⁹ pepēdit ꝛ mortu⁹ iacuit in ſepulch ro alieno. Joh. xix. ¶ Paupes ſpiritu ꝛ pauptatem paciēter ſuſtinētes ꝛ ferētes exaltanť ditanť ꝛ remunerātur a deo in p̄ ſēti et in futuro. nā ſaul qui vno ſeruo cōtent⁹ lōge q̄rebat aſi nas patris ſui nō eq̄s ꝛ cui⁹ familia minima fuit vnct⁹ eſt in regeȝ. p̄ Regū x. Dauid exn̄s in paſcuis ꝛ quaſi nichil reputa tus fuit. per ſamuelē etiaȝ vnct⁹ eſt in regē quē etiam miſit pa ter ad frēs victualib⁹ oneratum. p̄ Regū xvi ꝛ xvij. In cui⁹ fi gura nabuchodonoſor paupes dimiſit diuites interfecit vel capti uos duxit. et ſignificat ꝙ dn̄s paupes dimittit ſolutos ire ad gaudia celi. diuites vero ad infernū d̄ducit. Jere. xxxix. Inter btitudines q̄s dn̄s ponit ꝛ poſuit. pⁱma ē pauptatis. Math v.

Mirã remũneracõez pmittit xp̄s diuicias relinq̄ntib⁹ ꝓpt̃ eum
Lu·xviij·mat·xix· Laſar⁹ paup in ſinu abrahe ab ãgel' ẽ depor
tat⁹ Luce·xvi· Ob hãc cauſã paupes ꝛ debiles ceci ꝛ claudi ad
magnã cenã p regis nuncios introducti ſũt Lu·xiiij·

¶ De pace ꝛ cõcordia·

Pax ꝛ ꝯcordia·
- Approbat̃ placẽcia diue dilectõis·
- Cõprobat̃ ſigꝰ extioris ꝯplacẽcie·
- Roborat̃ ſubiectõis bñuolẽcia·
- Turbat̃ multis vicijs·
- Cõſũmat̃ i excellẽcia ſupne dilectõiſ

Pax cõcordia ꝛ vnitas inter hoies ſup õia alia opera
deo placent In cuius ſignũ õia alia aialia pter hoiez
fecit duplicia ſcz mare ꝛ feminã· hoiez vero vnũ vt vnitatis pa
cis ꝛ ꝯcordie ꝯmendarꝫ Geñ·i· Quãuis dd̃ eſſꝫ ſcũs noluit tam̃
de⁹ vt edificaret ei domũ q2 fuit bellicoſus ſꝫ ſalomõ q̃ interpre
tatur pacificus vt oñderꝫ ſolum pacificoꝝ accepta ſacrificia ſer
uicia reputari·iij·Re·v·iij·re·iiij· ꝛ ·iij· Re·v· ꝛ ·vi· Diligit cor
da pacifica ꝛ in eis hitat· in cuius rei figura oñſum eſt helye ꝙ
dñs non erat in cõmocione nec in grandivento aꝰs grandineto
ſꝫ in ſibulo aeis tenui·i· in loco pacifico ꝛ quieto· iij·re·xix· Qꝫ
deus pacem ſic diligat patꝫ ex hijs q2 in eius natiuitate angeli
pacẽ annunciauerũt Lu·ij· Pacẽ pcepit diſcipulis inter ſe hrẽ
math·ix· Pacẽ apoſtolos miſit predicare Luc·x· Pacẽ p teſta
mento reliq̃t dicẽs· pacem meã do vobis pacẽ meã relinquo vo
bis Jo·xiiij· Poſt reſurrectõem ſuã diſcipul' nunciauit pacem·
Lu·xxiiij· Jo·xx· ¶ Pacẽ dñt q̃rere q̃ pus fuer̃t inimici ꝛ ma
xime q̃ hñt inimicos potẽtes Jdeo abimelech pacificatus ẽ cuꝫ
yſaac quẽ pſperari videbat Geñ·xxvi· Gabaõite audientes q̃
fecerat ioſue potẽtiſſim⁹ iericho venerũt ſecũ pacẽ facẽ Joſue·ix·:
Miſit ionathas legatos ad bachidẽ vt ꝯponẽt pacẽ cũ eo ꝛ ba
chidel cũ fuit dux exercitus in q̃ iudas occubuit fr̃ ei⁹ p̄·mach·ix
Rex demetri⁹ miſit ad ionathã ep̄lam rogãs pacẽ·i·mach·x·:
¶ Pacẽ induuãt int̃ hoies furori cedẽtes vel rñdẽtes hũiliter· fu
rori eñi maloꝝ cedendũ ẽ· ſic fecit iacob recedẽs ab eſau Geñ·xxv
iij· Phinees ꝛ ceteri legati ad filios ruben miſſi in excuſacõe eo
rũ benigna hũilitate dulciter ſũt pacificati Joſue·xxij· De hac
materia q̃re i pcedẽti d̃ pacia·ſ· in furori cedẽ vl' h ũiliter rñdere·

¶ Pacem ꝑturbant multa ⁊ deſtruūt. nā aliq̄n pacem pertur
bat inuidia. nam frēs ioſeph inuidētes ei: non poterant ei paci
fice loqui quicq̄ꝫ Gen̄. xxxvij. Auaricia ſeu copia tꝑalium reꝝ
ſunt cauſa ꝑturbacōnis pacis ⁊ fomentū diſcordie ⁊ iurgiorū
vt patꝫ in paſtoribꝰ loth ⁊ abrahe Gen̄. xiij. Similiter habe
tur de yſaac ⁊ paſtoribꝰ gerare ꝓpter cauſam p̄dictam Gen̄. xx
vi. Ambicio ⁊ ſuꝑbia dominādi pacem ꝑturbant. diſcordias
⁊ guerras ſuſcitant inter ꝓpinquos vt patꝫ de abſalon ꝯtra pa
trē ſuum dauid. ij. Re. xvi. Ficta eciā pax perturbat ⁊ impedit
pacem bonam ⁊ verā. ideo ionathas noluit recipe paceꝫ deme
trij qꝛ ficte pacificari querebat. ꝑ. mach. x. Pacis bonū ex grā
⁊ dono dei ꝓcedit. vn̄ bonitas graciosi prelati ⁊ bonitas ſubdi
torum cauſa extitit aliquādo magne pacis vt patet de onya et
populo iudeoꝝ. ij. Mach. ij. Propter hanc cauſā paulꝰ in ſuis
epiſtolis ꝑponit pacem dicens. grās vobis ⁊ pax. dans intelli
gere q̄n ſine gracia eſſe. non eſt pax impijs. vt dicit dn̄s yſaie
lvij. De magno dono gracie diuine ꝓcedit quando ille qui reci
pit iniuriam vel offendēti offenſā parcit ex animo ⁊ pacem eiꝰ
q̄ eū offendit ꝯ cupiſcit. ſic dauid licet ab abſalone ꝑſecutus q̄
rebat eius pacem dicens. eſt ne pax puero abſalon. ij. re. xviij.

¶ De pc̄cō ⁊ eius effectibꝰ.:

Pc̄tm̄ nocꝫ homini.
- Ab interiori deprauādo naturā.
- Ab exteriori ꝓcurādo iacturā.
- A ſuꝑiori exclamādo p̄ſſurā.
- Ab inferiori deuaſtādo figuram.

PEccatum ex ſui natura nocet homini ab intrinſeco. qꝛ
humanam naturam deprauat ⁊ exterminat. Tollit
enim homini audaciam ⁊ cauſat erubeſcenciam. Naꝫ
primi parentes qui in ſtatu innocencie nudi non erubuerunt.
poſt peccatum erubeſcentes ſe perizomatibus texuerunt Geneſ
tercio. Item aufert homini ſenſum ⁊ infatuat eum. Vnde adā
quando ante peccatum tanta ſciencia pollebat qꝫ rebus omnibꝰ
impoſuit nomina ſcd̄m proprietates earum. poſt peccatum ſic
infatuatus eſt. qꝫ a facie domini cui nuda ⁊ aperta ſunt omnia
abſcondere ſe credebat. Geneſ tercio. Salomonem ſapientiſ
ſimum peccatum infatuauit maculans eius famā. iij. Regū. xi.
⁊ Eccleſiaſtici. xlvij. Item peccatum facit hominem timidum

auferendo ſecuritatē Nam adam ante peccatū plures audiuit
dn̄m ⁊ vocem eius nichil timuit· poſt pc̄tm̄ cum vocaret̄ a dn̄o
ait· Audiui vocem tuā ⁊ timui Gen̄·iij· Item dauid q̄ fuit au
dax ⁊ bellicoſus ⁊ victorioſus vt ptȝ p̄·⁊·ij·Regū in diuerſ ca
pitulis· poſt pc̄tm̄ adulterij cū berſabee ⁊ homicidiū vrie fact᷒
eſt pauidus adeo ꝙ abſalon filium ſuū nudis pedib᷒ fugeret
vt ptȝ·ij·Re·xv· Item tollit quietē intrinſecam· hominē non ſi
nens quieſcere· nam cor impij quaſi mare feruēs qḋ quieſcere
nō poteſt Yſa·lvij· Similiter percuſſit dn̄s cor dauid· poſtꝙ̄
peccauit populū numerādo·ij·Re·xxiiij· ¶ Pc̄tm̄ nocet homini
ab extrinſeco qꝛ multiplicī pena corpali ⁊ guerra punitur in p̄
ſenti vt patȝ in adam ⁊ in eua expulſis de padiſo de maledicti
omib᷒ ⁊ peis eis a deo adiūctis· pena viri fuit ſimplex· qꝛ in la
bore vultus tui veſcens pane tuo· pena mulieris fuit duplex· i
dolore pies filios· ⁊ ſub viri poteſtate eris Cauſa hui᷒ duplica
cōnis fuit qꝛ ipſa virū induxerat ad peccandū Gen̄·iij· Sodo
mite eciā p penam ignis ⁊ ſulphuris ſūt puniti Gen̄·xix· Vxor
eciā loth qꝛ peccauit cōtra p̄cep tū domini ſe vertendo in ſtatuā
ſalis eſt cōuerſa Gen̄·xix· Pharao eciā ꝓpter peccatū cognouit
ſe flagellari dicens· peccaui in deum Exo·x· Quia filij iſrl̄ deum
multociēs offenderūt pecando· fuer̄t ab eo ſepius flagellati vt
habet̄ Nūeri Joſue Ruth Judicū Judit h Regū ⁊ p totū vet᷒
teſtamētū· deſerta eſt ihrl̄m ⁊ omnis vrbs iude ꝓpter maliciā
quā fecerunt Ihere·xliiij· ¶ Peccatū nocet homini a ſupiori
qꝛ clamat vindictā ⁊ peccatū ſpecialiter enorme qḋ ai̇qȝ ſit il
lḋ· iō dixit dn̄s ad cayn· Vox ſanguis fr̄is tui abel clamat ad
me de terra Gen̄·iiij· Clamor peccatorū veſtrorū in aures dei ſa
baoth introijt Jacobi·v· ¶ Peccatum nocet homini ab infe
riori rectam eius figurā ad multa incōmoda incurrendo ⁊ ſpeci
aliter recidiuacio in peccatū que multum debilitat hominē· ſic
recidiuacio in egritudinem debilitat corpus plura in ipſum pe
ricula inducendo· Vnde in hui᷒ figura dicitur· ꝙ poſtꝙ̄ ambu
lauit iorā in viās peſſiās ſic debilitatuſ eſt ꝙ receſſit ab eo edom
⁊ noluit ei ſoluere tributa·iiij·Re·viij· Dicitur eciā ꝙ ꝓpter pec
catum ihrl̄m inſtabilis facta eſt Tren̄·p̄· Seru᷒ ſalomōis au
ſus ē inſurgere ꝯtra eum ꝓpter peccata ſua·iij·Re·xi· Ad hoc fa
cit xp̄i pabola cū immund᷒ ſpūs exiret de homine Math·xij·

Ob hanc cauſā dixit xp̄s languido curato. vade ⁊ amplius no
li peccare ne deterius aliquid tibi cōtingat. ⁊ ſimile dixit mulie
ri in adulterio dep̄henſe. Jo. viij.

¶ De penitencia pctōrum.

Pñia deb3 fieri
- Statim ⁊ ſine dilacōe:
- Cum vera cordis ɔtricōe.
- Cum nuda ɔfeſſione.
- Cum integra ſatiſfactōe.
- Cū iuſtificacōe ⁊ ſācitate.
- Cū recepcōne ⁊ benignitate.

Penitēcia debet fieri celeriter ⁊ nō differri vſq3 ad ſene
ctutē vel mortē. non eſt em̄ tutū ire p deſertū hui⁹ vite
ſine amaritudine pñe. In cuius figurā maria q̄ diu mā͂ſit extˢ
caſtra nō pceſſerunt filij p deſertū Nūi. xij. Hoc eſt eciā ɔſiliū
ſapientis. q2 dicit. nō tardes venire ad dn̄m ⁊ ne differas d̄ die
i diez Ecci. v. Vt dn̄s ad penitenciā feſtinā induceret hoīes reci
tat exemplū de quibuſdā ⁊ ſup quos cecidit turris. ⁊ ſubdit di
cens. niſi penitenciā feceritis ſimul pibitis Lu. xiij. Ad hoc idem
facit pabola de ſeruis vigilantib⁹ in penitēcia ⁊ expectantib⁹ do
minū quādo reuertatur a nupcijs q2 diem ⁊ horā mortis igno
ramus penitus Lu. xij. Querentibus quibuſdā iudeis quid fa
cerent reſpondit petrus. Penitēciam agite. Actuū. ij. Dixerunt
fideles deus penitenciam dedit fidelib⁹ ad vitam. id eſt in vitā
exercendam Actuū vndecimo. ¶ Penitencia debet eſſe cum cō
tricōne cordis cuius ſignum ſunt lacrime fluentes ab oculis.
Jdo audiens popul⁹ iratum eſſe dominū ꝑpter murmur eoꝝ
luxit nimis ⁊ in mane plus q̄ deus preceperat facere voluit Nūe
ri. xxiiij. Ad vocem angeli increpantis populū leuauerunt vocē
pariter ⁊ fleuerunt Judicū ſecundo. Lamentante eſdra ꝑ pecca
tis populi dictum eſt ei ſi eſt penitēcia in iſrahel. p̄. Eſdre decīo.
Peccatrix mulier penitens ſic lacrimis abundauit q̄ de eis pe
des domini lauit. Luce. vij Quia dn̄s vidit magnā contricōe3
in muliere in adulterio dep̄henſa leuem ⁊ breuē penitenciam ei
dedit dicens. vade ⁊ amplius noli peccare Jo. viij. Homo vo
lens de peccatis cōtricōem habere deb3 a turba ſecedere In cui⁹
figura petrus qui peccauit in atrio foras exiens plorauit amare
Math. xxvij.: ¶ Penitēcia poſt cōtricionem requirit nudam

et apertam cõfeſſionem ꝓpter quod dominꝰ tranſtulit peccatū
dauid qꝛ ad reprehẽſionē natban ſe humiliter accuſauit alꝰ
excuſauit. ii. Re. xij. Poſt peccatū murmurationis populi ꝯfeſſus
eſt et dauid dicẽs. ego ſū q̄ peccaui. ii. Re. xxiiij. Ideo dicebat
iob. ſi iuſtificare voluero os meū condẽnabit me. Job. ix. Dixi cõ
fitebor aduerſuꝫ me iniuſtitiam meā dn̄o ⁊ tu remiſiſti impietatẽ
pcti mei ait dauid. ps̄. xxxi. In huiꝰ figura dominꝰ decē lepro
ſis penitentibꝰ dedit ſanitatē et dixit. Ite et oſtendite vos ſacer
dotibꝰ. et dum irent ſunt mundati. Luce. xvij. De hac materia
q̄re in capitulo de cõfeſſione per totū. ¶ Pnia poſt cõfeſſionem
req̄rit ſatiſfactõeꝫ que ꝯſiſtit in aſpitate ieiuniorū et deuotõne
orõnis. et eliarū largitione vt per aſpitateꝫ et ieiunium et orõeꝫ
ſatiſfaciamꝰ. in hijs que cõmiſimꝰ in noſmetipſos. in hijs q̄ in
deū. per orõnem ⁊ elemoſinā. in hijs q̄ in ꝓximos ſuimꝰ opati
Iō achab ſceleratiſſimꝰ operuit carnē ſuā cilitio ieiunauit ⁊ dor
miuit in ſacco et ābulauit dimiſſo capite ⁊ dn̄s tpauit penam
ſue pn̄e q̄m ei inflixerat pro pctō. iii. Re. xxi. Sacerdotes indu
erūt ſe cilitio ⁊ ieiunauerūt audita potẽtia holofernis id ē dyabo
li. Judith. iiij. Viri niniuite fecerūt pn̄iaꝫ induti ſūt ſacco et ieiu
nauerūt et deꝰ īdulſit eis. Jone. iij. Judith hẽbat ſup lumbos ci
litiū et ieiunabat õibꝰ diebꝰ vite ſue p̄ter ſabata ⁊ neomenias
Judith. viij. Machabeus ⁊ q̄ cū eo erāt deprecabanť dominuꝫ
caput terra ſpgẽtes ⁊ lūbos cilicijs p̄cīcti ad crepitudiem pro
uoluti. ii. Mach. x. ¶ Pn̄iaꝫ etiam debēt facere viri boni q̄ntum
cūqꝫ amicos dei ſe ſẽtiant qꝛ ex hꝰ merita eoruꝫ augmentantur.
Ideo iob q̄uis eſſet vir ſāctus dicebat. ago pn̄iam in fauilla ⁊
cinere. Job. xij. Johānes baptiſta ſāctificatꝰ in vtero matris
fugit in ānis teneris in deſertū vbi tā aſpe vixit et tātam pn̄iaꝫ
fecit ꝙ dicebať nõ manducās neqꝫ bibens. Math. iij. Salua
tor nr̄ qui pctm̄ nõ fecit ideſerto q̄draginta diebꝰ et xl. noctibꝰ
ieiunauit. Math. iiij. ¶ Penitẽtes deꝰ benigne recipit eoruꝫ pe
nitentiā acceptādo. Nā manaſſen regem iuda q̄ ꝓpter peccata
ductꝰ fuit in babiloneꝫ. quādo repenituit deus eū benigne rece
pit et in priſtinū gradum collocauit. ii. paralipo. xxxiij. Libenť re
cipit dominꝰ peccatores ad pn̄iam quoniā predicationē ſuam
a pn̄ia dicitur incepiſſe. Math. iiij. Magdalenaꝫ benigne rece
pit ⁊ magnā familiaritatē oñdēs eā mľtiplicit ꝯmēdauit. luc. vij

Ad hoc idem facit exēplum de filio prodigo qui benigne fuit re
ceptus a patre. Luce. xv. Sic alacriter recipit deꝰ penitētes vt
dicant gaudium eſſe in celo ſup vno pctōre pn̄iam agente ma
gis ꝙ̄ ſup nonagintanouem iuſtis qui non egent penitēcia. Lu
ce. xv. Libenter recepiſſet deus penitenciam iude ſi quando peni
tencia ductus non deſperaſſet ⁊ non ſeipſū laqueo ſuſpendiſſꝫ
Math. viceſimoſeptimo.

¶ De pegrinis ⁊ hoſpitibꝰ.

¶ Peregrini recipiēdi ſūt ad hoſpiciū videlicꝫ
- Letanter.
- Liberaliter.
- Vtiliter.
- Grauiter.

Peregrinos debꝫ homo recipe hilariter. qꝛ freqn̄ter reci
pit xp̄m ⁊ angelos in ſuo hoſpicio. Nā abrahā in ſuū
hoſpiciū recepit angelos quos eſſe credebat hoīes pegrinos.
Gen̄. xviij. Loth āgelos reputans homines pegrinos trāſeun
tes recepit hoſpicio ⁊ defendit vt potuit a ſodomitis eis nephā
dam violenciā volentibus irrogare Gen̄. xix. In diſcipulis ſe
ipſū aſſerit recipi ⁊ ꝯtemni dicendo. qui vos accipit me accipit
⁊ qui vos ſpernit me ſpernit Math. x. Paulꝰ ait hoſpitalitatē
nolite obliuiſci. ꝑ hanc enī placuerūt angelꝰ hoſpicio receptis.
Ad heb. xiij. ¶ Peregrinos debꝫ homo recipe libentꝰ leta facie
eis neccāria miniſtrare. ſic liberalis ⁊ ꝓuida videbatur eſſe rebec
ca qn̄ ſeruo abrahe dixit. paleaꝝ ⁊ feni ⁊ pabulū plurimum eſt
apud nos Gen̄. xxiiij. Cū magna p̄ce ⁊ liberaliter ietro moyſē
pegrinum recepit hoſpicio ex quo poſtea eius filia ⁊ nepotes fu
erunt magnifice honorati ſic ipſe vellet libentꝰ ⁊ letāter recipi.
Jdo dixit moyſes dn̄s amat pegrinū ⁊ dat ei victū ⁊ amictuꝫ
vos debetis amare pegrinos. qꝛ ipſi fuiſtis aduene Deu. x. Ex
ploratores quos miſit ioſue. raab liberalitꝰ recepit Joſue. ij. Li
beralis hoſpitalitator fuit iob cuiꝰ hoſpiciū viatori patuit ⁊ nō
remāſit foris pegrinꝰ Job. xxxi. Ambulās ihs p mundū non
habebat vbi caput reclinarꝫ. ſꝫ martha liberalitꝰ recepit eū ho
ſpicio Lu. x. Sic liberalitꝰ dn̄t recipi pegrini q̄ ſūt eciā cogēdi i
trare hoſpiciū exemplo duoꝝ diſcipuloꝝ euncium in emaus q̄ cri
ſtū pegrinū coegerūt manē Lu. xxiiij. ¶ Peregrios recipiētes
multas a dō recipiūt grās ⁊ mlta miracula. nā helias ſuſcitauit

filiũ mulieris a morte apud quã hoſpicio eſt receptus ⁊ ei filiũ
impetrauit ⁊ poſtea eũ ſuſcitauit mortuũ. iij. re. xvij. Gaudẽs re
cepit in ſuo hoſpicio zacheꝰ ſaluatorẽ ⁊ ipſe gaudiũ ei multipli
cauit qñ ſalutẽ eius domui nũciauit Luce. xix. Publiꝰ prĩceps
paulũ cũ ſocijs de cõfracta naui euaſos ſuſcepit hoſpicio paulꝰ
autẽ liberauit prẽm eius febribꝰ ⁊ diſſenteria laborãtẽ Act. xx
viij. ¶ Peregrĩos recipiũt hoſpicio paupes ⁊ artifices magis
ꝙ̃ nobiles ⁊ diuicijs abundãtes. nã in gabaa ciuitate beniamĩ
nõ inuenerũt leuite q̃ eos hoſpicio reciperent niſi ſenẽ de ope reũ
tentẽ Judicũ. xix. Itẽ helyas in ſarepta ſidonie ſolum a vidua
paupcula hoſpicio eſt receptus. iij. Re. xvij. Petrꝰ apl's apud
quẽdã coriariũ hoſpitatꝰ eſt Actu. x. Paulꝰ manebat apud pri
ſcã ⁊ aquilã q̃ erant eiuſdẽ artis Actu. xviij. Lidda purpurea
rogauit paulũ ⁊ ſocios ſecũ in hoſpicio manere. Actu. xvij.

¶ De ꝑmiſſione diuina.

Permittit deꝰ
Bonos flagellari addẽs ꝯſolacõem.
Electos temptari ſbtrahẽs deprauacõez
Malos debellari inuũgens deſolacõem

Permittit deꝰ bonos affligi ad tempꝰ eos poſtea mira
bilit' exaltãdo. ſic ꝑmiſit iacob pati ꝑſecucõez ab eſau
qui poſtea repriauit ditatus Gen̄. xxvij. Thobiã excecari permi
ſit quẽ poſtea illuminatum gaudio ampliauit Thob. ij. Job g̃
uiter affligi ⁊ depaupari ꝑmiſit deꝰ cui poſtea õnia duplicauit
Job ꝓ. Dauid longo tempe ꝑmiſit deꝰ pati ꝑſecucõem ſaulis
quẽ in regem poſtea ſublimauit. ꝓ. regum. xvij. Filij iſrahel af
fligi p holofernem ꝑmiſit de quibꝰ poſtea magnam victoriaz
dedit Judith per totũ. De hac materia quere plura de iudicijs
dei occultis. ¶ Permittit deus aliquãdo bonos in diuerſis pec
catis vt non glorientur de ſua ſanctitate nec confidant de ſua ꝯ
ſtancia ⁊ alijs ſciant compati quãdo peccant. ſic permiſit cadere
ſampſonem fortiſſimũ Judicũ. xvi. Dauid ſanctiſſimũ ij. Reg.
xx. Petrum ꝑmptiſſimum Math. xxvi. De hac materia quere
plura exempla de iudicijs dei occultis. ¶ Permittit deꝰ aliquñ
populũ flagellari ꝓpter populi pctã ⁊ ꝑlatorum maloꝝ. ſic per
miſit ꝙ filij iſrl' debellauerunt filios beniamin ꝓpter eoꝝ ſcelus
Judicũ. xx. Sic eciã ꝓpter peccata populi ⁊ filioruz hely permi
ſit deus a philiſteis iſrahel debellari. ꝑmo. regũ. decimoquarto.

De hac materia quere plura exempla ſupra de iudicijs dei occul
tis ca. lxx. Plures eciam diuiſiones ⁊ exēpla quere ibidē. qꝛ fere
eadem eſt materia vtruſqȝ capituli.:

¶ De pmiſſione humana.

Permittūt boni aliq̄ fieri.
- Vt euitētur eminētes defect9.
- Vt ꝯſolētur ſubiacētes affcūs.

Permittunt aliq̄n boni viri aliqua fieri nō tamē liben
ter ⁊ hoc ad euitandū maius malum qd̄ poſſȝ accidere
ſic pmiſit iacob beniamin p̄dilectū filium ire cū fr̄ibus in egi
ptum ne ſymeon remanerȝ in vinculis ⁊ ceteri filij vna ſecū fa
me ⁊ inopia morerētur Gen̄. xliiij. Sic permiſit abraham vt
loth ſeparetur ab eo timens paſtorū iurgium ne homicidiū ſe
queretˀ Gen̄. xiij. Moyſes pmiſit vxori a viro dari libellū repu
dij ne vxoricidiū exerceret Deut. xxiiij. ¶ Permittūt boni ho
mines aliq̄n fieri aliqua nō tamē libēter vt ſocios aut ſubditos
ꝯtentētur aut ꝯſolentˀ ſic dd̄ n̄ pmiſit ire ad bellū poſtq̄ vidit
q̄ erat populo gratū ⁊ ait. qd̄ videtur vobis faciam. ij. Re. xvi
ij. Heliſeus vt ꝯtentarȝ filios pphetarum qui certificari vole
bant de helia pmiſit ire ad querēdū eū. qꝛ ipſe ſciebat eū aſſū
ptum. iiij. Regū. ij. Symeon cognouit q̄ triphon peterȝ cū do
lo duos filios ionathe ⁊ talenta argenti ⁊ tamē pmiſit dari vt
populum contentaret ⁊ ne populus crederȝ q̄ fratrē ſuum negli
gerȝ liberare. p̄. Machabeorū decimotercio.

¶ De puerſitate quorundā.

Peruerſitas hoim̄ conſiſtit.
- In extollēcia ſublimitatis ſupbiēdo
- In affluēcia cupiditatis poſſidēdo.
- In exigēcia guloſitatis comedēdo.
- In ꝯcupia carnalitatis laſciuiēdo
- In impacia ferocitatis iraſcēdo.
- In inuidēcia felitatis detrahēdo.
- In negligēcia ſedulitatis exercēdo.

Peruerſos facit homines ſupbia ⁊ ambicio dn̄andi. nā
vocati dathā ⁊ abyron a moyſe quia iniuſte dn̄ari vo
lebant ⁊ non poterant puerſe rn̄derunt dicentes. nunq̄d parum
nō eſt nobis vel tibi. qꝛ eduxiſti nos de terra fluente lacte ⁊ mel
le Numeri. xvi. Supbi ⁊ vanegloriosi ſic puerſi ſunt q̄ cauēt
a minimis vicijs ⁊ maxia ſcelerā ppetrāt. ſic xp̄s dic̄ colētes culi

cem ⁊ camelū degluciētes. math. xxiij. Tales ſūt ſimiles balaā
q̄ voluit maledicere dei populo ⁊ dedit ꝯſiliū quo a mulieribus
popul⁹ dei eſt ſeduct⁹ Nu. xxiij. ⁊. xxiiij. Ita puerſi ſunt ſupbi
vt ſi aliquē offendant ſemel non ꝯtētant̄ niſi peius faciāt. ſimi
les regi filioꝝ amon q̄ vidēs ꝙ iniuriā feciſſꝫ dauid adhuc eū
voluit impugnare cū eum poci⁹ placare debuiſſet. ij. Re. x. Sic
eciā puerſi ſunt ſupbi qui non timēt mala ꝯmittere ne videan
tur aliq̄d non facere ⁊ ſi arguūtur interficiunt arguētes. Hij
ſūnt ſimiles ierobam qui ſublimatus in regē populꝫ a cultu
dei deuiare fecit ⁊ capi fecit ꝓphetam q̄ eum ſup hoc ſcelere argu
ebat. iij. re. xiij. Ydolatriā. ſacrilegia. homicidia. ⁊ diuerſa ſce
lera manaſſes ſupbiſſim⁹ ꝑpetrauit. iiij. re. xxi. ⁊. ij. pali. xxxiij.
Solus mardoche⁹ non adorabat aman ⁊ tamē ipſe omnes iu
deos conatus eſt occīdere Heſter. iij. De hac materia quē plu
ra exempla in ca. de ſupbia p totū. ¶ Peruerſos facit homines
pctīn auariciе: nam auari ditant filios ſuos malos de ſpolijs
bonoꝝ oppoſitoꝝ d̄o qui ditauit hebreos de egipcioꝝ ſpolijs.:
Exo. xij. Magna puerſitas fuit iude ꝓditoris qui ꝓpter auari
ciam ⁊ cupiditatē tradidit xp̄m a quo immēſa bñficia recepat
Math. xxvi. Qūo auari ſūt ſupbi. puerſi ⁊ diſcoli quere exem
pla plura de auaricia. Qūo autē puertunt iudiciū quere ibidē.
eodē ca. Qūo ꝓdiciones exerceāt quere ibidē. ¶ Peruerſos fa
cit homines viciū gule. nam p̄ma mulier ordinē natuē puertit
que pomū vetitū comedere viro dedit cū vir debuiſſꝫ ei impone
re quid deberꝫ comedere vl̄ vitare Gen. iij. Filij iſrl̄ in deſerto
gule puerſitate cōmoti memorabant ollas carniū de egipto. ſꝫ
de ſeruitute grauiſſima de qua virtute dn̄i fuerunt liberati: nō
faciebant aliquā mencionē Exo. xvi. Eandem puerſitatē idē po
pulus memorabatur quando dicebat. recordabamur piſcium
quos comedebamus. ſꝫ de manna eſca angelica non curabant
Numeri. ij. Quomō viciūm gule puertat homines ⁊ de ordinꝫ
quere ſupra de gula. ¶ Peruerſos facit homines vicium luxurie
Nam amon peruerſitate victus luxurie thamar ſororem ſuaꝫ
expelli fecit. quam primo oppreſſerat violenter. ij. Regū decimo
tercio. Sicut peruerſum eſt ingredi ad ſororem vt prefatum
oſtendit exemplum. ſic peruerſum eſt lectum patris polluere.
Ideo iacob attendens peruerſitateꝫ filij ſui rubē qui ingreſſuſ

fuit ad balam concubinam patris ſui vt patꝫ Gen̄·xxxv· Ad
mortē iacob veniens ruben ·dixit ei iacob·non creſcas qꝛ aſcen
diſti cubile prīs tui Gen̄·xlix· Ab ſalō valde pūerſus fuit quā
do ad ↄcubinas prīs patēter intrauit ⁊ fuit maioꝛ peruerſitas
q̄p ſi ad eas clam intraſſet·ij·Re·xv· Duo pūerſi ſenes vn̄ debe
bant honorare ſuſān̄am qꝛ noluit frangere fidē viro ſuo eis non
ↄſenciendo eam dampnauerūt ad mortē Dan̄·xiij· De multis per
uerſitatib⁹ ⁊ malis que facit luxuria reqre de luxuria ꝑ totum·
¶ Peruerſos facit homines viciū ire·ſic eñ pūerſi ſunt iracun
di vt non pcant bn̄factorib⁹ ⁊ innocētibus vel ꝓpinquis ſicꝰ
ſauli·qui cū dauid ei ſeruiens vt eum letificaret: pſallerꝫ coram
eo agitatus ira ipſū in pariete cōfigere pcurauit·p̄·Re·xviij·⁊
xix· Anthioch⁹ ꝑ ſuam culpam fugatus iratus culpaꝫ in iude
os voluit retorquere·ij·Mach·ix· Herodes pūerſus iratus de
natiuitate xp̄i innocētes puulos ↄtriuit vel interemit ·Math·ij·
De pūerſitate iracundoꝝ quere plura exempla de ira in omnibꝫ
diuiſionib⁹ eius ꝑ totū· ¶ Peruerſos facit homines viciū inui
die·ſic eñ pūerſus eſt inuidus vt de eo qd̄ ſibi non nocꝫ : alijs
ꝓdeſſe non velit·ſimiles edom ⁊ ſeon regib⁹ amorreoꝝ ·qui no
luerūt vt filij iſrl̄ ꝑ terram eorū ſine leſione tranſirēt·ſic poſtea
iuſte eis accidit qui noluerunt ↄcedere modico ſine dāno mul
ta cum ſuo diſpendio pdiderunt Nūi·xx·⁊ xxi· Inuidi ſubuer
ſoēs ſunt·ſic fuit balaam qui noluit bn̄dicere ſꝫ noluit maledi
cere populū quē credebat bn̄dictū a deo·ſed ipſi plura mala di
cunt de bonis ⁊ iuſtis q̄p de pctōrib⁹ ⁊ malis Nūeri·xxij· Saul
pūerſus voluit pcutere ionathan qꝛ excuſabat dauid cui ipſe
nequiter inuidebat·p̄·Regū·xx· Principes pſarum accuſauerūt
danielē ſolum ꝓpter inuidiā q̄ tribus tꝑibus deum adoraret·:
Dan̄·vi· Inuidi ſic pūerſe agunt vt ↄpatriotas quos racōna
biliter pl⁹ diligere deberent eos plus odiant ⁊ diffamāt·ſimi
les alchimo qui cū eſſet de gente iudeoꝝ ⁊ iudeos defendere de
beret eos pūerſe ⁊ nequiter accuſauit·p̄·mach·vij· Inuidi eñ
ſic pūerſi ſunt vt michil poſſit fieri quod ipſi non pūertunt et
ↄuertant in malū· Nam ſicut dicit Bernħ· Inuidus ōmia ope
ra pūertendo diffamat· Nam ſi ieiunas dicit te eſſe ypocritam
ſi comedis dicit te eſſe voracē·ſi ambulas inquietum·ſi q̄eſcis
pigꝝ·ſi erogas ꝓpria vane glorie cupidum·ſi tenes auarum·

ſi taces neſciū· ſi loquēris garruloſū ⁊ preſūptuoſū· ſi gaudes diſſolutū· ſi matureſcis melancolicū· ſi ſapiēs ſupbū· ħ Bern̄· Similes ſunt iſti iudeis quos nec auſteritas vict⁹ iohis ·nec decens mādúcacio ſaluatoris potuit ꝯtētari Math·xi· Similiter ihū eiciente demonia phariſei inuidi miracula ꝑuertentes dixerunt· in beelzebub principe demoniorꝫ eicit demonia Mat· xij· De hac materia quere plura exēpla ſ· de inuidia de detractione ⁊ de ira· ¶ Peruerſos homines facit viciū accidie· nā accidioſi inconſtantes ⁊ ꝑuerſi ſunt· nā ſi eis aliquid iniungitur nolunt opari· ſi aūt nō iniungitur ꝯquerūtur· ſimiles filijs iſrl̄ qui auditis exploratorib⁹ nunc volebāt in egiptū redire· nūc volebant ꝯtra dn̄i voluntatē feſtinare Nū· xiij· Filij effraym rogati noluerūt ire cū iepte ad ꝓlium· ſ; ipſo redeunte cū victoria iurgati ſūt ꝯtra eum quaſi nō eſſent vocati Iudicū· xij·

¶ De ꝑſeuerācia in ꝓpoſito·

¶ Perſeuerare debꝫ homo·
- In bonitate opando feruēter·
- In caſtitate obſuādo decēter·
- In virilitate ꝓliando valēter·
- In penalitate tolerādo paciēter·
- In grauitate collaudādo freqn̄t·
- A vanitate declinādo prudēter·

Perſeuerādū est in ope bono incepto licꝫ homo multa habeat impedimēta tn̄ eſt opandū feruēter ⁊ ꝯtinue· In cuius figura neemias licꝫ multa impedimēta hr̄et nō ceſſauit ab ope donec murus in ihrl̄m totalit̄ ꝯpleret̄ Nee· iiij· ⁊· vi Si autē deſiſtat hō ab ope iam incepto accidit ei Exēplū d̄ homine deridēdo qui cepit edificare ⁊ nō potuit ꝯſūmare Lu· xiiij· Nō debꝫ homo dimittere op⁹ bonū licꝫ ꝯtingat eū ꝑturbacōēz incurrere· nā thobias manſit in timore dn̄i licꝫ plaga cecitatis accidit ei Thob· ij· Nec mīn⁹ ſepeliuit mortuos poſt ꝓhibicōēz regis· tales ſic orātes ad dn̄m exaudiūtur a dn̄o· ido dixit eliachim ad populū· Exaudiet dn̄s oracōēs vrās ſi ieiunijs ꝑſeuerāuentis ⁊ oracōibus Iudith· iiij· Nō dimiſit daniel ꝓpter p̄ceptū regis darij ⁊ decretū quin dn̄m vt ceperat adoraret Dan̄· vi· Hoc eſt qd̄ barnabas hortabat̄ anthiocenos in bono ꝓpoſito cordis ꝑmanere Actu· xi· ¶ Perſeuerandum eſt maxime in propoſito ⁊ firmitate caſtitati· Nam licet homo ſtimuletur

interiꝰ a carne ⁊ ſollicitetur exteriꝰ a pſona male diſpoſita ſēp
debꝫ firmū caſtitatis ꝓpoſitum retinere exemplo ioſeph adole
ſcentis quē caro plus debuit ſtimulare. ⁊ tamē q̄uis quotidie
moleſtaret᷑ a dn̄a firmū ſeruauit ꝓpoſitum caſtitatis Gen̄. xxx
ix. Conſtāter reſtitit ſuſāna duobus ſenibꝰ licꝫ ipſa eſſet cū eis
ſola ⁊ ipſi eſſent iudices ⁊ maiores ⁊ minas mortis inferrēt nec
thoꝝ matrimonij violauit Dan̄. xiij. Maria plenuꝫ tenebat ꝓ
poſitum caſtitatis que in concepcōe tanti filij nō cōſenſit donec
audiuit ꝙ eius cōcepcio nō eſſꝫ humana ſꝫ diuina Lu. p̄. Quō
ꝓpoſitum caſtitatis ſeruetur in ſocietate bonoꝝ ⁊ ꝑdatur in ſo
cietate maloꝝ quē ſupra de caſtitate ca. xxvi. ⁊ p̄. Quō autꝫ ca
ſtitas ſit diligenda ⁊ qualiter clerici ⁊ religioſi ⁊ vidue debeant
ꝓpoſitū eius retinere quē ibidē. ¶ Perſeuerādum eſt in ꝑlijs
tpalibus ⁊ ſpiritualibus. qꝛ nō coronabit᷑ niſi qui legittie cer
tauerit Et ſm grego. ſi vos delectat magnitudo p̄mioꝝ non de
terreant certamina laboꝝ In huiꝰ figura dauid dure repͤhēſus
a frē ſuo ⁊ diſſuaſus a ſaule ⁊ oībꝰ. nō deſtitit ab incepto ſed
cū philiſteo viriliter pugnauit ⁊ vicit. p̄. Re. xvij. Quia ioab
pſeuerauit in obſidiōe rabach ciuitatis ideo eius municōes ob
tinuit ⁊ qꝛ pſeuerauit in bello ɔtra abſalon victoriā habuit. Et
nō ꝙ ioab ab incepto nō deſtitit q̄uis eſſꝫ abſalō debellatus.
ſꝫ pſecutus eſt eū donec herētem quercui percuſſit tribꝰ lanceis et
occidit. ij. re. xiij. ⁊ xviij. Sic pſeuerauit idē ɔtra ſiba i obſidio
ne abela nec deſtitit donec abſciſum cerneꝛꝫ caput eius. ij. re. xx
¶ Perſeuerādū eſt in tolerando paciēter aduerſa ſiue a dō ſiue
ab hominibꝰ ſint afflicta. nam cōſtanter ⁊ paciēter perſeuera
uit iob ſuſtinendo ablacōem rerū. mortem ſubitaneā filiorū et
corporis ꝓprij duriſſimas paſſiones q̄m in hijs oībꝰ non pecca
uit Iob. p̄. ¶ Perſeuerandū eſt multū in tolerancia tormento
rū ꝓ noīe ihū xp̄i ⁊ defenſiōe fidei xp̄iane exēplo eleazari. q̄ oīa
tormenta pſeuerāter ſuſtinuit ne facēt ɔtra legem. ij. mach. vi.
Septē illi frēs cū pia eoꝝ mrē magnū ɔſtācie exēpluꝫ ⁊ pſeue
rancie oſtnderunt nobis ꝓ fide xp̄iana ſeruāda q̄ tot ⁊ tanta ſuſti
nuerunt paſſionū genera ne paternas tradicōes ⁊ legē trāſgre
di cogerētur. ij. Mach. vij. Stephanꝰ firmiter pſeuerauit du
ros ictus lapidū alacriter ſuſtinēdo donec xp̄o ꝓ cuius amore
paciebatur moriens ſpiritū commēdaret. Actuum ſeptimo.

Qualr autē pſeuerandum ſit in paciencia tribulacōnū quere in
fra de tribulacōib⁹ p totū. ¶ Perſeuerandū eſt in virtute gr̄
titudinis dñi p receptoꝝ bñficijs ſine intermiſſione laudādo.
ſicut cecus natus a dño pluries interrogatus vt in laude dei de
ficeret. ſed ſemp in laudē dei ꝯfeſſioneqꝫ ꝛ publicacōne miracu
li pſeuerauit cōſtanter Joh. ix. In liberacōe ſurdi ꝛ muti p̄cipi
ebat ih̄s ne cui dicerꝫ. quāto autēꝫ magis p̄cipiebat tāto ā pli
us laudabat dicens. bñ omnia fecit ꝛ ſurdos fecit audire ꝛ mu
tos loqui Mar. vij. Apoſtoli poſt xp̄i aſcēſionē erant pſeuerān
tes in laudib⁹ cum maria mr̄e ih̄u Actu. p̄. Qualiter autē lau
dand⁹ ſit deus p recepcione bñficioꝝ ꝛ euaſiōe piculorum ꝛ eie
ctione inimicoꝝ ꝛ adepcōne filiorū ꝛ ſanacōe infirmorū ꝛ in aſ
ſumpcōe cibi. quere exempla plura de gracijs dandis ꝛ agēdiſ
capitulo. lij. viij. p̄. ij. iij. iiij. v. ꝛ. vi. ¶ Perſeuerādum eſt i ma
loꝝ tempoꝝ declinacōe ꝛ deteſtacōe nec reſpiciendū eſt retro p⁹
egreſſum de ſocietate maloꝝ nec accidat homi ſicut vxori loth
q̄ p⁹ egreſſuꝫ de ſodomis retroſpiciēs in ſtatuā ſalis eſt ꝯuerſa
Gen̄. xix. Mardoche⁹ licꝫ ſciret amā eſſe magnū in cōſpectu re
gis tamē ꝓpter timorē eius non dimiſit qn̄ pmanerꝫ in ꝓpoito
non adorādi eum Heſter. iij. ꝛ. v. Socij daniel multū cōſtan
tes ꝛ pſeuerātes fuerūt ne ſtatuā quā erexeāt nabuchodonoſoꝛ
ſm q̄ precepāt adorarent Dan̄. iij.

¶ De pietate mulierū.

¶ Pietatē exēplo mulieꝝ. debꝫ hr̄e homo.
- Cū iter agētib⁹ ꝛ nēcitate ꝯſtrictis.
- Paꝝ potētib⁹ ex prauitate relictis.
- Et attinētinēb⁹ ꝯſāguitate aſtrictis.
- Vim paciētib⁹ ꝛ p̄ealitate afflictis. ꝛ
- Famā p̄dētib⁹ ex ipietate ꝯuictis.
- Et cū viuētib⁹ viuāt ditate aſſcriptis

PIetatē mulierū ad hoc ſcripta veteris teſtamenti ꝛ no
ui commemorant vt homines duros ad pietatē indu
cāt. pia igitur eaꝝ exēpla nos docent ad paupes ꝛ egenos ma
xime pegrinos In cuius exemplū rebecca videns ſeruuꝫ abra
he pegrinū ꝛ aduenaꝫ bibere poſtulantē pietate mota non ſolū
ſibi bibere tribuit ſꝫ adaquauit camelos ꝛ ſibi eciā pluria ꝑpro
miſit Gen̄. xxiiij. Vidua eciā ſareptana pietatē oñdit q̄ pauit
heliā aduenā ꝛ pegrinū. iij. re. xvij. Tātā pietatē ad heliſeum

peregrinum habuit mulier ſunamitis vt virū ſuum inducerꝫ
vt ipſi aptū locum facerꝫ ad mãducãduꝫ. iiij. Re. iiij. Magna
apparꝫ pietas marie virginis qꝛ ad paupis nupcias ire volu
it ⁊ deficiente vino verecūdoꝛuꝫ paupeꝝ coram filio fierꝫ aduo
ta Joh. ij. Larga etiã pietas marie in hoc ꝑpenditur ꝙ cum in
die epiphanie aurū ⁊ dona a magis recipet. poſtmodū in ſua
purificacõe non potuit emere agnū quē offerret ꝓ filio. ſed ob
tulit oblacõem paupeꝝ ſcꝫ par turturū aut duos pullos colū
barum. qꝛ illa munera iã erãt ꝑ ipſam pauperib⁹ erogata Ma
th. ij. Lu. ij. Saluatori noſtro paupi ⁊ ꝑegrino martha ꝓpa
rauit hoſpicium ⁊ neccãria ei ꝓparauit ⁊ miniſtrauit Luc. x. Mul
tum pie fuerunt ille mulieres quas dicit lucas miniſtraſſe dño
predicãte Lu. viij. Hanc pietatē habent paupercule mulieres
magis ꝙ̄ diuites ⁊ multo magis merētur. ideo dominꝰ prefert
duo minuta paupis vidue oblacõni diuitū Marci. xij. Lidda
purpuraria magnam pietatē ad paulum ⁊ ad eius ſocios pau
peres demonſtrauit Actu. xvi. Qualiter pietas debeat haberi
ad ꝑegrinos quere ſupra de ꝑegrinis ca. c. De liberalitate ca.
lxxvij. lij. capi. ¶ Pietas mulierū a quib⁹ ſumere debem⁹ exē
plum. eſt ad pueros paruulos qui ſeipſos iuuare nō poſſunt.
Vnde ē quaſi pietas infirmoꝝ ſic pie fuerūt obſtetrices in egi
pto que pietate mote ꝯtra pharaonis preceptū pueros paruu
los ſeruauerūt. Exo. p. Filia pharaonis videns puerū moyſē
in phiſcella lacrimabiliter vagientē ipſius miſerta in ꝓprium
filium ſibi adoptauit ⁊ mulieri hebree tradidit ad nutriendū
Exodi. ij. Cum athalia occiderꝫ omne ſemen regium Joſaba
miſerta puulo puero ioas tulit ipſū ⁊ ne cū alijs interficeret:
piter abſcondit ⁊ nutriuit. iiij. Re. xi. ¶ Pietatē exemplo pia
rū mulierū habere debet homo ad filios ⁊ ſibi carne ⁊ fide iun
ctos. ſic aaron videns ſuos ſpūales filios ab ignis incendio
deuaſtari cucurrit ad mediū multitudinis pie deuꝫ deꝑcans vt
plaga ceſſarꝫ Nui. xvi. Jllarū duarū mulierū vna habuit cor
valde piū cuius viſcera ſup ꝓprio filio quē ſalomō diuidi ꝑ me
diū iuſſerat ſūt ꝯmota. iij. Re. iij. Mulier chananea tantã hūit
pietatē erga filiã que vexabat a demõe ꝙ illi⁹ vexacõeꝫ ꝓpriaꝫ
reputabat dicēs. dñe miſerere mei. Math. xv. Mater filioꝝ
zebedei pia erat ad filios ꝓ qbꝰ ſollicite deꝑcabat dñꝫ mat. xx.

Multum erat pia mater ihũ ad filiũ eius quẽ ꝑditum cũ in tẽ
plo remãſit ſolicite ⁊ cũ dolore requiſiuit p triduũ Lu·ij· Maxi
mã autẽ pietatem habuit mať eius qñ diſcipulis fugientibꝰ
ipſa ſi eum iuuare in aliquo poſſꝫ iuxta crucẽ filij ſui ſtetit Joh·
xix· ¶ Pietatẽ exẽplo mulierũ debꝫ homo habere ad intribula
cione poſitos ⁊ mortis ꝑiculo ſiue extranei fuerint ſiue ꝓpinqui
ſic raab videns exploratores iſrł ad mortẽ turbatos q̃ pie mi
ſerta ẽ eos abſcondit q̃rentes ſubtiliť deludebat Joſue·ij Sic
pia q̃dam mulier nuncios dd́ quos abſalõ q̃rebat ad mortez
pie abſcondit in puteo os putei velamine ſuppoſito ꝯtegendo·
ij·re·xvij· In magno ꝑiculo poſuit ſe heſter pia vt mardocheũ
⁊ iudeos a mortis ſẽtencia liberarꝫ ·Heſter·vij· Mulieres ille
multũ erant pie que xp̃o pacienti ꝑſonaliter aſtiterũt ⁊ ſecute
ſunt eum plãgentes dum ducereť ad crucem qñ apoſtoli eũ reli
querunt Lu·xxiij· Jo·xix· Jpſo eciã poſito in ſepulchro vngẽta
portãtes pietatẽ oñdere voluerunt·mar·vlť·Lu·xxiij·⁊·math·
xxviij·Petrũ eductũ de carcere quẽ herodes incarcerari decreue
rat maria mať iohis pie recepit hoſpicio vbi erat multitudo cre
dencĩu abſcondita ꝓpter metũ iudeoꝝ Actu·xij· ¶ Pietatẽ debꝫ
homo exemplo mulieꝝ habere ad eos quos audiũt turpiť dif
famari vel eis detrahi publice vel occulte·eos pie excuſãdo et ſi
poſſent eos iuridice de bonis opibus cõmendãdo·ſic nãqꝫ bla
ſphemantibꝰ ⁊ deprauantibꝰ iudeis xp̃i miracula pia mulier ex
tollens vocem de turba dixit illi·beatꝰ vẽter q̃ te portauit Lu·xi
Accuſãtibꝰ iudeis xp̃m ⁊ eũ de pluribꝰ corã pilato diffamãdo·
vxor pilati xp̃o cõpaciens iniuſtã eius mortez voluit impedire
eũ de iuſticia cõmendãdo qd́ de nullo viro legitur accidiſſe Ma
th·xxvij· De hac materia quere plura exẽpla ·ẽ·de liberalitate·
¶ Pietatẽ hñtes exẽplo ſanctaꝝ mulieꝝ vitã corpalem ⁊ ſpũa
lem impetrãt ⁊ conſeruant ſibi ⁊ ſuis ſicut manifeſte apparꝫ in
abigail cuius viꝝ ꝓpter eius crudelitatem dd́ ⁊ eius ſocij vole
bant occidere·ſꝫ ipſa ꝓpter pietatẽ quã habebat ad dauid ⁊ ſe
⁊ virũ a mortis ꝑiculo liberauit·ꝑ·Regũ·xx· Propter pietatez
quã exercebat martha dominũ hoſpitando voluit xp̃us fratrem
eius lazarum mortuum iã quadriduanum ſuſcitare Joh·xvi·
Thabitã ꝓpter opa pietatis petruſ apoſtolꝰ ſuſcitauit a mortu
is cũ a viduis ⁊ paupibus quas ipſa alebat deuotis precibus

rogaretur. Act. ix. Simile eſt hoc miraculum illi qđ de druſi
ana legitur in legenda beati iohannis euangeliſte:

¶ De populi mobilitate.

| | |
|---|---|
| Populus cito mouetur | Propria malitia ꝛ peruerſitate. |
| | Modica triſtitia ꝛ penalitate. |
| | Neſciens ſeruitia facta largitate. |
| | Si corrumpũtur vitia cũ acbitate. |
| | Signis ꝛ nequitia vtens hõitate |

POpulus cito mouet̃ ex ꝓpria malitia ꝛ puerſitate in va
rias voluntates ꝛ varia verba cõtradicentes pluries ſi
biipſis in operibꝰ ꝛ verbis. naȝ filij iſrahel quãdo habebant mã
na petebant carnes qñ auteȝ habebant carnes ex ſua puerſita
te cepas pepones ꝛ cucumeres poſtulabãt. Exodi xvi ꝛ Nũi xi.
Malitioſus ppl's in preſẽtia dominorũ demõſtrat ſe ſubiectum
ꝛ obedire paratũ ſed in eorũ abſẽtia inobediẽs ꝛ rebellis effici
tur. nã in pñtia moyſi dixit populꝰ omnia q̃ precepit dominus
faciemꝰ ꝛ cũ moyſes abeſſet receſſerũt a dñio vitulum confla
tilem adorãtes. Exodi xxiiij ꝛ xxxij. Audiẽtes gẽtes predicatio
nem pauli ꝛ barnabe eos cũ gaudio ſuſceperũt ſȝ paruiſi pꝰ mo
dũ eos de ſuis finibꝰ expulerũt. Actu. xiij. Hõines de ciuitate
liſtris paulum ꝛ barnabã voluerunt adorare vt deuȝ et eos pꝰ
ea lapidauerũt eos ocĉidiſſe putãtes. Act. xiij. Idem ppl's qui
ad ieremiã dixit. omne verbũ ad qđ te miſit dominꝰ faciemus
poſtea dixit dominꝰ te nõ miſit. Iere. iiij. Similiter idẽ popl's
qui obuiã ſaluatori clamauit. oſãna id eſt ſalua nos. poſt qui
que dies dixerũt clamãtes magnis vocibꝰ crucifige. Luc. xxiij
Math. xxvi. ¶ Populus cito mouet̃ ad volũtates diuſas ꝓpt̃
modicas tribulacõnes. nã rediens moyſes in egiptũ narrauit
populo verba dñi quomõ deſcenderet eos liberare. crediderunt
ꝛ letati ſũt ꝛ cito moti cõtra moyſen ꝛ cõqueſti ſũt de eo ꝛ aarõ
cũ affligerent̃ ab exactoribꝰ pharaonis. Exodi iiij ꝛ v. Siliť
filij iſrahel cõtra holofernẽ ſe viriliter ꝛ vnanimiter pauerũt. ſȝ
poſtea modicuȝ tribulati aliq̃liter verſi ſũt contra oziam põtifi
cẽ ꝛ dixerũt. iudicet dominꝰ iter te et nos. Iud. vij. ¶ Popu
lus ideo mouet̃ de facili qꝛ de acceptis bñficiis eſt ingratꝰ. naȝ
cũ gedeon populũ de manu madian liberaſſet dixerũt. dominare
tu nobis et filij tui. quo mortuo patris beneficiis obliti ſũt et

de ſeptuaginta filijs eius nullū in eoꝝ dn̄m eligere voluerīt Iu
dicū· viij· ⁊· ix· Samuel recupatis vrbib⁹ de manu philiſtino
rū populū liberauit ⁊ tn̄ ipſi ingrati ↄtra volūtatē dī ⁊ ſamuel̄ re
gē ſibi tribui peciērunt· p̄· re· viij· Licȝ dauid bn̄ rexerat popu
lum habitis multis victorijs tamē ipſi omniū bn̄ficioꝝ obliti
cū abſalonꝛ eius aduerſario inſurrexit magna ps populi ↄtra
eum· ij· re· xv· Cum xp̄s pauerat populū pane voluerūt eū pone
re regē ſupra ſe ȝ ſtatim bn̄ficioꝝ obliti ſigna ab eo poſtulaue
runt fieri Io· vi· ¶ Popul⁹ mouetur de facili ꝓpter correpcōes
⁊ increpacōes vel ꝓpter verba aſpera dn̄oꝝ· nā ppl̄s iſrl̄ ſub ſa
lomone honore ⁊ abundācia rerū abundauit ⁊ tamē ad vnum
verbum duꝝ quod roboam filius eius dixit indignati ſūt vehe
menter ꝑ maiori parte ab eius dominio receſſerūt· iij· Reg̊· xij·
Iudei ſatis bono aīo dicebāt xp̄o ꝙ in nazareth ciuitate ſua
operetur mirabilia ⁊ tamē poſt increpacōem eis fcām modicā
a dn̄o p̄cipitare eū de montis ſupcilio voluerūt· Lu· iiij· ¶ Po
pul⁹ aliqn̄ mouetur de malo in bonuȝ licet raro ⁊ hoc ꝓpter mira
cula que aliqn̄ videt· nam cū cōprehenderȝ popul⁹ ihereniam
dicens· morte moriat̄ q̄ poſtea viſis ſigꝰ dixerīt· nō eſt dignus
morte Ihere· xxvi· Quia popul⁹ nimis cito credidit ſenib⁹ ſu
ſannam accuſantib⁹ cōdemnauerunt eā morti· ȝ viſo ꝙ ſuſcita
uerat dn̄s ſpm̄ danielis reuerſus eſt popul⁹ cū feſtinacōe ⁊ libe
rarūt eam ⁊ ſenes impios occiderunt Dan̄· xiij· Filij iſrl̄ qui di
tati ⁊ armati exierunt de egipto vidētes egipcios cōtra moyſen
⁊ aaron murmurare ceperūt· ȝ poſtq̄ȝ deus mare diuiſit miracu
loſe ⁊ pharaonem ſubmerſit dn̄o cecinerūt ⁊ moyſi crediderūt
Exo· xiiij ⁊· xv· Cum vipera manū pauli arripuiſſet omnes euȝ
homicidā eſſe crediderūt· ſed cum eā excuſſiſſet in ignē ⁊ nichil
leſionis ſentiret quilibȝ eum aſſeruit ſeruū dei Actu· xxviij·:

¶ De preceptis dei·

Precepta dī ſeruāda ſūt·
- Ex leuitate iniūctōis mādatoꝝ·
- Ex fidelitate ↄdicōis ſɓditoꝝ·
- Ex ſedulitate oñſionis exēploꝝ·:
- Ex auctoritate implecōis p̄latoꝝ·
- Ex acerbitate pūicōis tn̄ſgreſſoꝝ
- Ex remūeracōe ſaluacōis ſuatoꝝ

Recepta dei ſunt ſeruāda quia leuia ſūt ⁊ poſſunt faciliter
adimpleri. nā leue p̄ceptum ad obſeruandū et breue ad
memoriter retinēduꝫ deus dedit ade ne de pomo ligni vetiti mā
ducaret. Gen̄ ii. Vt filij iſrahel p̄cepta domini leuia obſeruarēt fir
miter iuſſit eos dominꝰ iuſtificari cū ea deberēt recipere vt leues
ab oneribꝰ peccatorū poſſent eſſe et eius p̄ceptis leuius confor
mari. Exodi ix. Quia naturaliter oīa leuia tendunt ſurſū p̄ce
pit dominꝰ filijs iſrahel vt vittas iacinctinas ponerēt in āgulis
palliorū vt haberent memoriam mādatorum celeſtiū. Nu̇i xv
Ob hāc cauſam cōqueritur dominꝰ ꝙ filij rechab p̄cepta prīs
eorū ſeruabant q̄ erant valde grauia. ſcꝫ nō bibere vinuꝫ ⁊ nō
habere domus ſed populus eius dei p̄cepta leuia contemnabat
Jere. xxxv. ¶ Precepta dei ſeruāda ſunt qꝛ ſerui et ſb̄diti eius
ſumꝰ. ideo ea vſqꝫ ad mortē ſeruare debemꝰ. ꝓpter qd̉ balaaꝫ
licet eſſet malꝰ dixit regi moab. dixi tibi ꝙ facerē quicq̄t michi
p̄ceperit dominꝰ. Nūi. xxiij. Suſanna meliꝰ iudicauit incidere
in manus hoim̄ ꝙ̄ derelinqre legē dei infamie ⁊ mortis piculo ſe
exponēs. Dan̄. xiij. Cū trucidarent ſb̄ antiocho legis obſerua
tores multi de pplo noluerūt infringere legē dei ſed elegerūt po
tius trucidari. ij. Mach̄ p̄. Due mulieꝛs delate ſūt filios circūci
diſſe iuxta p̄ceptum dei q̄ publice per muros infātibus ſuſpēſis
ad vbera ſūt proiecte. ij Mach vi. Eleazarꝰ āntiquꝰ viros cruci
atꝰ ſuſtinuit ne p̄cepta diuine legis infringerēt. et illo idē ſeptē frēs
cū pia eorum matre fecerūt inaudita tormēta et cruciamēta ſu
ſtinētes. ij Mach. vi ⁊ vij. ¶ Precepta dei adimplēda ſunt et
obediendū eſt eis exēplo aliarū creaturarum. nā eius p̄ceptis
obedierūt angeli boni. qꝛ cū numeraſſet dauid populū p̄cepit do
minꝰ angelo vt percuteret pplm̄ et percuſſit et poſtea impauit de
ſinere ⁊ deſinebat. ij Regū xxiiij. ⁊ p̄. paralipo. xxi. Mali etiaꝫ an
geli obediunt p̄ceptis eius. naꝫ p̄cepit dominꝰ immūdo ſpūi vt
exiret ab hoīe et ſeqt̄ur ſtatī demōes exierūt. Luce viij. Coruis
p̄cepit dn̄s vt paſcerent id ē nutrirent helyam ꝓphetam qui ei
panem ⁊ carnes mane ſp ⁊ veſpere deferebāt. iij Re. xvij. Si
militer vētis in mari p̄cepit dominꝰ ⁊ obediendo ventꝰ ⁊ mare
ſiluit ⁊ q̄euit. Luce viij. Generaliter etiā oībus creaturis dicit
preceptum poſuit et non preteribit. ignis grando nix glacies
et ſpiritus procellarum que faciunt verbum eius. Ps. c. xlviij.

¶ Precepta dei debent generaliter ſeruari a p̄latis ⁊ alios
poſtea facere obſeruaē· ido ſpecialem memoriā fecit deus ioſue
de obſeruancia mandatoꝝ quādo ipſum principem populi ſui
ordinauit Ioſue p̄· Rex dauid inſtituens ſalomonē regnaturꝝ
poſt ſe inſtruxit eum dicens· Tunc pficere poteris ſi cuſtodieris
mandata que precepit domin⁹ obſeruari· p̄· pali· xxij· Ordinā
te ioiade pontifice ioas in regem· impoſuerūt in capite eius dy
adema dederūtq; in manu eius tenendam legē ⁊ regē ſuper po
pulum ſtatuerunt· ij· pali· xxiij· Rex pſarꝝ monarcha toti⁹ mū
di nō verecundabatur dicere· p̄cepit michi deus vt edificē ſibi
domū in iheruſalē· p̄· Eſdre p̄· Zacharias pater iohis bapti
ſte qui erat pontifex ⁊ p̄latus ⁊ vxor eius elizabeth erant ſine q̄
rela in mandatis domini ⁊ dei iuſtificacionib⁹ incedētes Lu· p̄·
¶ Precepta dei obſeruanda ſūt timore pene ⁊ maledictōis q̄
trāſgreſſoribus ſunt parate· nam maledicti qui declināt a mā
datis tuis· pš· c· xviij· Grauiter eſt punitus adam qꝛ p̄ceptuꝫ
domini non ſeruauit cum ⁊ ipſe de paradiſo fuit expulſus ⁊ ad
mortem ipſe eiuſq; poſteritas cōdemnati Gen̄· iij· Saul tā ſig
nanter elect⁹ ⁊ conſtitutus in regē p tranſgreſſionē domini p̄ce
pti a regno irreuocabiliter eſt picectus p̄mo Re· xvi· Vir di qꝛ
contra preceptū domini panem comedit fuit a leone occiſus· iij
Re· xiij· ¶ Precepta dei implenda ſunt ꝓpter remuneracōem
que datur obſeruantibus ⁊ cuſtodientibus ea· qꝛ in cuſtodiē
dis illis retribucio multa· pš· c· xviij· Quia noe fecit omnia q̄
p̄cepit ei deus ſic fuit remuneratus a domino ꝙ fuit ſaluat⁹ ab
aquis diluuij cuꝫ tota familia ſua conſumpta omni carne que cō
tra p̄ceptum dei corruperat viam ſuam Gen̄· vij Adoleſcēti que
renti a dn̄o quomō poſſet fieri ſalu⁹ reſpondit chriſtus· ſi vis
ad vitam ingredi ſerua mandata dei· Math· xix· De illa mate
ria quere plura exempla de obediencia· Qꝛ auteꝫ diuinis man
datis obediendū ſit magis q̄ preceptis hominuꝫ· non ſolum
lingua ſed ope velociter prompte ac parate· quere ſupra i mul
tis locis·

## ⸿ De prelatis ⁊ principibus bonis.

⸿ Prelatus bonus
⁊ princeps debet eſſe.

- Amator ſubditorum.
- Perſcrutator ſecretorum.
- Defenſor commiſſorum.
- Doctrinator iuſtorum.
- Ordinator agendorum.:
- Confortator timidorum.:
- Liberator oppreſſorum.:
- Conſolator afflictorum.:
- Excitator tepidorum.
- Suſtentator egenorum.
- Refrenator ſuperborum.
- Viſitator orphanorum.
- Verberator tranſgreſſorum.
- Extirpator peruerſorum.
- Exhortator petendorum.
- Diſpenſator tradendorum.

PRelatus debz ſubditos ſuos diligere ſiue ſpūal̄ ſiue
tempal̄ p̄latus vel princeps fuerit Jdo moyſes ꝑplm
ſibi ↄmiſſum amauit ⁊ reſpuit maiorē populū quē dn̄s ſibi ꝓ
mittebat ſuo ↄtētus populo quē amabat Exo.xxxij. Signum
amoris p̄lati ad ſubditos eſt eligē honorē cuiuſlibz ſubditi ſi
cut ſuū. hoc ſignū habuit moyſes q̄ deſiderabat ꝙ oēs de ꝑplo
ſuo ꝓphetarēt licz ex hoc eius honor ⁊ fama diminui videret Nu
meri.xi. Voluit dn̄s delere populū poſt reditū exploratorū vt
moyſen ſup maiorē populū principē facerz. moyſes autē ꝓpter
dilectōem quā habuit ad populū ſibi cōmiſſum recuſauit Nui
xiiij. Sic verbo docuit dn̄s bonum paſtorē diligē populum vt
animā ſuam ponat ꝓ ouibus ſuis. Joh.x. Exemplo eciā ſuo h̄
idem nos docuit qui cum dilexiſſz ſuos in finem dilexit eos Jo.
xiij Sic amabat paul⁹ ſb̄ditos ſuos ꝗ dicebat. ego libent̄ im
pēdar ⁊ ſupimpēdar ꝓ aīab⁹ veſtris. ij. Cor. xij. ⸿ Prelatus ⁊
princeps debz eſſe ſcrutator ſecretorum ꝑ ſcienciā quam debet
habere. ſic enim inſtruuntur prelati diligere lumen ſapiencie
qui p̄eſt populis Sapiēcie.vi. Talis princeps fuit ſalomō q̄
ſua ſciencia pſcrutatus ē cuius duarū mulierū eſſz fili⁹ ille ꝓ q̄
iſte mulieres ad inuicē ↄtendebant ꝓpter qd̄ cū audiſſz popul⁹

ꝗ iuſte iudicaſſet timuerunt eū videntes in eo ſapientiam dei eſ
ſe. iii. Regū. iij. Signuꝫ eſt ꝗ dn̄s diligit populum quādo dat
eis ſapiētiam et principem ſapientem vel dominum vel p̄latum
Ideo dixit regina ſaba ſalomoni. diligit dominꝰ populum iſrł
q2 te regem cōſtituit ſuper eum vera em̄ ſunt que audiui de vir
tutibꝰ et ſapientia tua. ij. paralipo. ix. Hanc ſapientiaꝫ paulus
habuit quando vſqꝫ ad tertiū celum raptꝰ fuit vbi audiuit ar
chana que nō licet homini loqui. ij. Corinth. xij. Ideo de diuinis
archanis et humanis ſcienciis lac potum et eſcā ſuis ſubditis
dedit. p̄. Corinth. iij. ¶ Prelatꝰ debꝫ eſſe defenſor greḡ ſibi cō
miſſi vt ſit verus paſtor nō mercenarius qui obmiſſis ouibus
fugiat qn̄ lupū aſpiciat venientē. Joh. x. Talꝭ prelatꝰ fuit moy
ſes ꝗ defendit hebreuꝫ iniuriā ab egipcio paciētem. Exo. ij. Bo
nus p̄nceps fuit etiaꝫ gedeon ꝗ de manu madian ſibi cōmiſſum
poplm viriliter ⁊ prudent̄ defēdit. Judic. vij. Sic xp̄s defēdit
magdalenaꝫ a ſimone de ip̄a in ſua ꝯuerſione neq̄ter cogitāte.
Luce. vij. Sic xp̄s defēdit diſciplos a iudeis dicētibꝰ. eos mu
ſto repletos ip̄os iudeos rōnibꝰ ⁊ auctoritatibꝰ confūdēdo. Act
ij. ¶ Prelatꝰ debꝫ eē doctor neſciētiū et iperitorū eos in neceſſa
riis ⁊ vtilibꝰ iſtruendo. Tales p̄mittebātur a dn̄o cū dicebat.
Dabo vobꝭ paſtores iuxͣ cor meū ⁊ paſcent vos in ſciā ⁊ doctrīa.
Jere. iii. Ideo artaxerſes monuit eſdrā et p̄ncipes verba legis
inſtruē inpitos. p̄. Eſdre. vij. Joſue populuꝫ ſibi ꝯmiſſum in
ſtruxit ꝗ cūctis diebꝰ quibꝰ ipe vixit populꝰ eius nō deſtitit
ſeruire vero deo. Joſue. xxiiij. Quia paulꝰ v̄bo dei et ſcripto do
cuit et exēplo merito doctor gētiuꝫ noiatꝰ. p̄. Theſſalon. ij. Ipſe
etiā ſaluator cū aſcēdiſſet in mōteꝫ ꝯgregatis diſcipulꝭ docebat
